

**Ferrea unguis**, instrumentum est ferreum, quod ad unguis humani figuram formatum est, quale in fabrica videtur licet.

Tū συλλογή, inquit aestate fieri, & quod colligitur non esse multum, &c. Ad finem capituli ex horto maiore οὐκ  
duodecim, ex minore duo colligi refert. Plinius loco citato, succus ē plaga manat, quem opobalsamum vocant. Suavitatis eximiae, sed tenuis gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua. — Alexandro Magno res ibi gerente toto die aestate concham impleri justum erat. Onni vero fecunditate ē maiore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc etiam singularium arborum largior vena, ter omnibus percutitur aestatebus, postea deputatur. Hæc mendo non vacat. Doctiss. Salmasius legit: Toto die aestate concham impleri, justum erat homini, anni ve. o fecunditate. Hanc lectionem confirmat Theophrasti verbis, unde hæc haustus Plinius, εἰ μέτρα — κόρυκες, uno die hominem colligere quantum tenet concha. Aīdōs non interpretatus est doctiss. Gaza, & facit ad rem, immo à mendacio liberat magistrum. Non plus colligere scilicet unus homo poterat, cui circa singulos ramos erat hærendum, tenuis & exigua lenteque manans lachrymula excipienda, & abstergenda, & in vas condenda. Sed homines plures adhibiti, plura colligebant. Et ita necesse fuit, nam alioquin sex congii colligi aestate una non poterant, immo vix unus impleri poterat, etiam si aetas sex menses duraret, quod est præter veritatem. Nam congius est liquidæ mensuræ genus, capiens sex sextarios: sextarius caput conchas triginta duas. Sexies triginta duo facit 192. Atqui tot dies non habet aetas, etiam si sex menses duraret. Atqui Theophrastus incisionem fieri inquit sub ortu canis, ac dein per totam aëtatem, itaque nec triunquidem mensum erat collectio. Sensus ergo est, quem dixi, non plus colligere unum hominem potuisse quam concham, plures vero, conchas plures. Porro concham cochlearia tria facere afferunt, qui de mensuris scribunt, nonaginta sex cochlearia sextarium implebant, ut scribit Africanus: καὶ ἔτισιν αἴρεις κορύκες πάντα τριῶν. Sextarius itaque triginta, ut dixi, duas conchas continet. Aliud adhuc in verbis Plinii examinatione dignum, quod scribat, suo aëvo plus opobalsami collectum fuisse, quam temporibus Theophrasti. Hoc si verum est, quomodo Dioscorides scribit: πολὺ δὲ ἀλλοι οἱ καρποὶ τὸ μὲν μέτρον ἡ ἑπτά καρποί, οὐντοπιζόμενοι. Sed tam paucum extillat, ut quotannis vias plures quam seni, septenive congii colligantur. Quid recentiores scribant audiamus. Scribit loco citato Alpinus. Mechæ præfectum, Seriph nomine, Imperatori Turcarum singulis annis mittere tres quatuorve libras opobalsami, Præfecto Cayri libram, atque Præfecto peregrinorum Hamirach nomine semifilibram. Sunt & alii duces, duo, cum multis peregrinis, scilicet alter ē Damasco, alter ex Arabiæ felicis locis Mecham & Medinam visitatum venientes, quibus omnibus parum donat opobalsami.

Quibus omnibus partim donat opora laeti.  
Unam tantum notam opobalsami dat Theophrastus, plures Dioscorides. Ενδιάλεκτός καὶ ὄπος καὶ ὁ τραχύφαστός, τῇ ἑστῆτιν τῷ, καὶ εὐλεγέντος, καὶ μὲν παρεξίζων, ἀνδιτός, λεῖτός. σέφων καὶ δάκρυντας πατερός τὸν γλώσσαν. Est bonus succus, qui recens est, validis odoris, syncerus, non subacidus, diluis facilis, levis, adstringens, & kinguam modice mordens. In plurimis codicibus iudicatur legitur, quæ vox, ut recte viri doctiss. scribunt, nullam habet significationem, quæ huic loco accommodari possit. Serapio iudicatur, velocis resolutionis legisse videtur. Interpres antiquus iudicavit serenus legit, nulla in balsami notis significatione. Alius interpres pellucidum vertit. Evidetur legunt viri clarissimi, Marcellus & Saracenus, id est diluis facilis, vel, ut Marcellus, qui facile penetret. Nam utrumque haud dubie balsami liquori convenit. Etsi vero inquit Saracenus, hujus dictiorum apud Græcos auctores exemplum, quod sciam nullum fese offert, tamen ejusdem formæ verbale esse potest, qualia sunt illa, αὔτερος, αὔτητος, αὔτητος, πατέρος, συντέτος, &c. Ut enim ista ducuntur à verbis διάτησις, αἴφημα, καθίσιμη, πατέρινη; ita pari prorsus analogia dicitur & compositivum iudicatur δῶν τὴ δίδημη, vel δίδημη, quod quidem interdum significat τὸ διαγένεντα, mandare, diluere, perfundere, interdum etiam penetrare transmittere, permeare. Pro eodem πάχιον διαμένον apud Dioscoridem lib. IIII, cap. LV legas, itemque

lib.v,c. xxx, de motochto. Ceterum, inquit Sacerenus, qui meā lectiōnē iudicat, non probaverit, videtis quae utrum aptius, rectiusque legi possit. iudicatur, bene penetrans, aut diluens, aut iudicatur. bene perfundens. Sequentia quae lectio sit optima ostendit. Miror Dioscoridem nihil de consistentia, sapore, colore opobalsami prodidisse. Strabo loco citato, επον Φλοιόν των ουρανών, πάντα αμβράσιον ἀγένειον τὸ δέλτα, γλίζην γράπειν τὸ σπερλύπον, αἵας φήσις εἰς τὴν κογχάσαν λαμβάνει πάκην. Hujus corticem scindentes, succum in vasis suscipiunt, tenaci latte persimilem, susceptus autem in conchis coagulatur. Simeon Sethi, καὶ αὐτὸς οὐδὲν οἶμαι, ὡς τοις ιδεῖς πάντα λαματον, διὸ καὶ βαλσαμιλαμον δομάζεται, καὶ συναειδεῖν τὸ τέτταν απέτθει τὸ ἄγγειον, καὶ οὐ τὸ μὲν πιπολάζεται, λαματον καὶ λαπατομεῖται, καὶ δέ τοι πολυτελεστερον, τὸ δὲ μέσον πιπολάζεται, καὶ κατὰ πάτην τὸ πιπολάζεται τὸ σιδηρόγον. Τοῦ δὲ πεντε χρυσῶν την τοῦ σπινύμα καίεται, καὶ τοῦ ἀκανθισμάτος εἰς δοντάλια τοῦ λοτῶν. Succusque inde manat, omni oleo visu similis, quod ideo balsameon, id est balsami oleum nominatur, succus hic vasculis excipit, ejus quod supernat at album et tenuis, est salubre, et ideo pretiosius, quod vero medio loco est subrubium est, et deterius. Fex autem tertio loco remanet subfusca, bac ad mundandas manus, aliasque nonnullas curationes utuntur cum reliquis careant. Fæcum vocat Aetius serm. I in comp. lalcas & sequenti σίραμα. Σερώματο, inquit, τυτὸν ὑδρεῖ τῇ ὀποβαλσάμῳ. sequenti malabatri composit. σερώματο ὁ διαρκεῖσαν ὑδατῆδε, ὀποβαλσάμῳ. Siromatis, hoc est quod aquosum est in opobalsamo — siromatis, quæ est aquosa fæx ac residentia opobalsami. Plinius loco citato: Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximie suavitatis, sed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua, ex iis novo fistulis conditur, crassioris similis oleo, et in musto candida. Omne hanc ambiguatatem solvit Alpinus. Scribit enim opobalsamum juxta-  
ætates varias, variari & ipsum, quo ad colorem, substantiam, perspicuitatem, odorem & levitatem, continuoq[ue] à stipite instillatum ac exceptum, albo colore conspici, præsertimque quod supra enarrat, veluti minus quod subfiderit, qui color paululo momento in subviridem oleosum mutatur, qui post quinquennium, ut superius etiam dictum meminimus, aureus fit, ac demum senio confectus crasse-  
scens mellis colorem, obscuriorum tamen accipit. Tot etiam mutationes in perspicuitate, substantia, odore, levitate ejus varias ætates facere, alias dictum est; quod opobalsamum recenter eductum per quinquennium turbidum maneat, à quo tempore clarecere incipit, per decennium ferè ipsum clarissimum, ac ut aurum splendescere observatur; postea senescens turbidum rursus evadit. A stipite etiam statim exceptum tenuissimum est, pauloque post parum crassescit, atque hinc Strabo dixit, suscepit in conchis coagulari, peractoque quinquennio, quod tempus pueritæ durat, purgatur, fæcumque in fundum vasis deponit, tenuissimumque fit, & totidem geminatis peractis annis senescens crassum, crassiusque est quo annosius. Odor non minus & sapor in recentissimo validissimus est, in medio tempore odor fit suavior, Thus ac therebinthum redolens, cum suaviori tamen odoris fragrantia, sapor est amarus, subacris, atque adstringens: demum in senio omnia haec maxime remissa percipiuntur. Hinc Plinium deceptum fuisse arbitror, qui putaverit optimam hujus succi lachrymam fricando percipi odoratam. Si quidem opobalsamum senio solūmodo confectum inodoratum fit, ut tum solum frictione dignosci queat. In principio etiam hic succus levissimus est, qui quam maxima difficultate in aqua, vel alio liquore instillatus considat; sed continuo in aquæ superficiem feratur, citoque cum aqua dissolvitur. Annis vero consistentia medio se habet modo, senescensque, colore ejus imminuto, crassescit; quo fit ut subito in aquam projectus considat, tardissimeque sursum in aquæ superficiem feratur, difficillimeque ac tardissime cum ea dissolvatur. Quæ scribit Alpinus, vera esse, experientia didici. Dono enim anno 1630 accepi opobalsamum admodum recens, quod eo ipso anno collegit ac nobis dono dedit honestissimus, ac perquam diligens seplatiarius Daniel à Beeringen, eo ipso anno ex Ægypto redux. Omnia, inquam, illa quæ scribit Alpinus obliterare licuit. Hoc ipso anno aureum splendentem accepit colorem clarumque ac lympidum, capite ante tur-

bidum, oleoso sub viridi esset colore. Magna cum admiratione, nec non ingenti gaudio id hoc ipso anno observavi: nec subito, sed sensim admodum hanc mutationem subit. Antiquum admodum p. m. Franciscus Balochius Med. Doct. dono dedit, postea accepi etiam a patruo Martino Toll. antiquiss., quod inter socii sui Petri Parii Med. Doct & Professoris dum vivebat Lugduni Batavorum exotica & peregrina repert; eratque illud ipsum quod clariss. Clusio ab Anglorum legato ante annos plus quam 30 donatum fuerat. Fallum est quod Plinius scribit loco cit. *Lachrymæ probatio, ut sit pinguis, tenuis ac modice rufa, & infri- cando odorata, secundus candidus color, peior viridis, crassusque, pessimus niger.* Nemo inquam nigrum vidit. Errant itaque Medici, qui balsamum Indicum, veterum Græcorum opobalsamum esse imaginantur. Nullam enim hoc patitur mutationem, nisi quod senescens paulo crassius fiat. Galenus porro duo genera opobalsami lib. I, cap. IV. de Antidotis novit. Quorum alterum ab altero tantum in excellentia vincitur, quantum reliqua vina à Falerno, & mellis genera ab Hymettio superantur. οὐ μὲν φαλισέως καὶ μεταφοράς αποβαλσαμου τὸ συσταχτὸν φαλισέως. Δέ τοι τόπον τοῦ φαλισέως. φαλισέως δὲ τὸ καλλίστη, ἵπερ ὅπου δέ τοι τοῖς σταδίοις γῆ ἀφαιρέσθαι κεῖται, ὃν, τὸν αὖλον καλέσθαι τὸ παλαιόν τοι πατεῖται. οὗτον δὲ οὐδὲ φαλισέως αἰματινὸν τὸ φαλισέως μεταφοράν φαντάσαις.

Αλλὰ εἴ φυτόν. Sincerum raro, inquit adserri Theophrastus, pluribusque adulterari modis. Quibus rebus vitietur, & quomodo verum à falso dignosciri possit, docet Dioscorides. Δολέτην δὲ ποιίαν, εἰ μὲν γέγονα μέσχεται, εἰτά, εἰ τὸ περιβιθέτον, κύπειον, χίτων, στολή, βαλάνιον, μετάπομπον, μάνιον, κηρωτόν, μυροτόν, καὶ μυριστόν, οὐχέτα λιαν. Sunt enim qui ipsi olea unguentaque admisceant, quale terebinthinum est, cyprinum, lentiscinum, fuscum seu lis- liaceum, balaninum, ac metopium, itemque mel & cera- tum myrinum, aut cyprinum valde liquidum. Plinius loco citato: *Vitis autem Oleo rosa, cypri, lentisci, balani, te- rebinthi, myrti resina galbano, cera cypria; prout queaque res fuit.* Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quo- que subhærescit manu inversa, & in aqua fudit, quea pro- battio ejus gemina est. Ex hoc Plinius loco doctissimi qui- que interpres Dioscoridis. Saraceno, Marcelloque exceptis, vertunt ἡ νοτιοὶ, ἡ ὑπεράνθια, (sic enim lego non λαία) aut cypriam ceram liquidam. Hanc versionem improbat Saracenus: κηρωτὴν enim inquit, nihil aliud est, quam κηρωτόν, quod cerotum, vel ceratum dicimus. Sed quorsum, inquit, mentio ceræ ē myrto, aut cypro arbo- re paratae, aut etiam ceræ cypriæ, quemadmodum vi- detur intellexisse Ruellius, Plinio hac in parte nimium additus. Evidem nunquam de cera ex myrto aut cypro parata; neque item usquam alibi, quam apud Plinius de cera cypriæ quicquam legere memini. Quin neque Cyprus ceræ ullam laudem habet. Solas Creticam, Ponticam, Corsicam, Chiam, Tyrrhenicam, tum apud Galenum, tum apud Dioscoridem, Pliniū & alios, quibus locis ceræ mentionem ex professio faciunt, celebrari sat scio. His accedit, quod adjectivum cy- prinos non videtur deductum, δοτε τὸ κύπειον, quod Cy- prum insulam significat; sed potius δοτε τὸ κύπειον, quo arbor ligustrum Plinio dicta significatur. Tamen uti- tatione esse solent illa, κύπειον, κυργίτης, κυπελλός, &c. Neque vero negaverim, non hic modo, sed & alias saepe numero κηρωτὸν à Plinio ceram latine reddi, cum ceratum potius vertere debuerit. Sic lib. XXVII, cap. VII, de absynthio peculiariter, inquit ille, *ilibus impo- nitur cum cera Cypria;* ubi Dioscorides lib. III, cap. XXV I habet, κηρωτὸν τοιοῦτον ἢ τὸ τοιοῦτον συκελαι- τόμενον κηρωτὸν κυργίτην, vide cap. XXII, lib. XVII, & cap. LXXXVI, lib. IV. Dioscorides de helxine; quo loco, uti etiam priore, ceratum cyprinum, seu ligustrinum reddi debuisse palam est. Hanc opinionem doctissimi viri, utpote verissimam, laudo; nisi forte quis malit ex ejusdem sententia legere, κηρωτὸν κηρωτὸν κυργίτην, idque quia Plinius ceræ ac resinæ mentionem faciat, quea quidem omnino à Dioscoride prætermittuntur.

Quomodo sincerum à vitato dignosci posset. Docet Dioscorides: *Εἰδίχηται δὲ τοιχηρὸς οὐ τοιτὸν ιπτημένης γῆς ἀκίσας οὐτε εἰσεῖν ψέψας, οὐ τοποθετηθεῖς, κηρωτὸς οὐ ποιεῖ, οὐδὲ καίσας, οὐ διδολώμενος περιφέρει.* Hujusmodi maleficium facile deprehenditur, siquidē sincerum laneæ vesti instillatus, si deinde eluat, neq; maculā facit, neq; notam ullā relinquit,

At vitatum inhærescit. Simon Sethi: *Εἰδίχηται δὲ τοιχηρὸς οὐτε εἰσεῖν ψέψας, οὐ τοποθετηθεῖς οὐ διδολώμενος τὸ τοιτὸν ιπτημένης γῆς κηρωτὸν τοιοῦτον, ἀλλὰ μέντος τὸ ιωδίαν καλομετάνων.* Sed hoc amplius si probare velis, quod in proprio vigore est, & recenti, id quoniam super aquam enatas, eo linteum irrigato, si nibil linteum inficerit, sed tantu illi odorem & non maculum reliquerit. Summa, inquit Plinius, probatio, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat, nec manifestior alibi frangat. Objicit quis, nullum reperiri oprobalsamum, quod instillatum in pannum ei aliquantenum non adhæreat. Viscositatis enim lentoisque minime est expers, quippe resinosum adeo, ut sine errore ab aliquo possit inter resinas recenseri. Addet auctoritatem Plinius, qui sincerum vestibus inhærescere scribit. Respon- der ad hæc Alpinus. Dioscoridem atque cum eo alias auctores, sincerum opobalsamum non aliam ob causam dixisse vestibus vel panno non adhæret, quam ut nos docerent, mixtum aliquo oleo, vel quopiam unguento hinc deprehendi: *Oleo vitiatum in pannum laneum pre- servit instillatum, inquit, illud instar olei inficit, eique perpetuo, non modo adhæret, sed quotidie in eo, recepta ma- culā augetur ac diffunditur.* Contra sincerum, quoniam panno instillatum inbæret, non tamen ipsum ut oleum in- ficit, neque maculam relinquit, quin immo secus atq; oleum, panno adhærescens quotidie decrescit, usque quo tandem omnino sponte dissolvatur, atque evanescat. Quamobrem sincerum opobalsamum panno quidem, at non olei modo ad- hæret, neque aliam maculam relinquit. Quod saepe vobis meum opobalsamum, in meam vestem instillatum, ostendit. Verum non debet hoc experiri in pannis iis, qui in Italia parantur, Ægyptiis longè crassioribus, in quibus fortasse cum olism crassi hi panni lana parati, ex Italia in Ægyptum non asportarentur, neque Ægyptiis hū, ut nunc faciunt, uteren- tur. Dioscorides in hū periculum faciendum non sentit, sed in Ægyptiis, Italicis longè gracilioribus. Clarius itaque hoc signum Plinius docuisse videtur, cum dixit, in veste maculas non faciat, non, ut in Dioscoride habetur, vesti non adhæret. Verius profecto Sethus, opobalsami cognitionem ex hoc signo habendam tradidit, ut verba citata testan- tur. Hactenus Alpinus. Fallitur quod Plinium clarius signum hoc docuisse quam Dioscoridem putat. Nullibi scriptis illis, vestibus non adhæret sincereum, sed macu- lam & notam nullam relinqueri si eluat, quod non addidit Plinius. Καὶ γάλακτον δὲ ιπτημένης πηγανού τοποθε- τηθεῖσθαι μέρον δρᾶ. Rursumque purus lacti instillatus id ipsum coagulat, id quod adulteratus non efficit. Hujus etiam signi metinunt Alpinus.. Lac, inquit coagulat, et se non ita ut coagulum faciat, quinimo cum ipso coagulatur. Εἴ δὲ οὐ αἰχματοῦ ιπτημένης γαλακτυτοῦ, οὐδὲ διδολώμεροῦ ιπτημένης γαλακτυτοῦ, οὐδὲ τοιχηροῦ ιπτημένης γαλακτυτοῦ ιπτημένης, οὐδὲ τοιχηροῦ ιπτημένης, τοῦ μέν τοιχηροῦ οὐδὲ τοιχηροῦ παχυμένος, τοῦτο κηρωτὸν γίνεται. Quin εἴ sincerus lacti aut aquæ infusus celeriter diffunditur atque lactescit, at adulteratus olei modo innatatur. in orbem cir- cumagens, aut diffundens sese stella in modum. Alpinus loco citato, Sincerum bis notis innoscit, nam præter illa signa, que illum juxta varias etates præferre diximus, hac etiam addidimus, scilicet præterquam quod sit validi odoris, in aqua etiam stillatum, tametsi parva satis sit gutta, supra totam aquæ superficiem expandi, eamque liquatam totam supernatate ac obtegere, atque in ipsa etiam cito coagulari, lactisque colorem adipisci, nec non minue ab ipso coagulatum totum stylo quopiam excipi, aut auferri. Idem alibi: Est etiam in principio levissimum & dilutissimum, ita ut si in aqua vel lacte ex alto distillet, in imum vasum re- sidere non patiatur, claram vero aureumve redditum, ac ab omni face purgatissimum mediocris levitate præditum est, ita ut instillatum in aqua, et si fundum petat, tamen cito sursum in superficiem aquæ feratur, cum eaque cito resol- vatur, que omnia quo annosius, eo obscurum habet. Idem alibi: Opobalsamum cuiuscunque coloris est, in aqua vel lacte stillatum ac liquatum album spectatur, redditurq; ita album, ut si quis liquari ac coagulari sinat supra aquam, vix ab ea distingui queat, sed paululo momento in ea coa- gulatur, eique instar tela albæ incumbere, & in ea super- natare cernetur, manifestiorque ejus color albus fiat, si coa- gulatum stylo quopiam ab aqua eximatur, aut extrahatur. Et hæc de vero & non-vitato. Olei instar supernatare scribit vitatum Dioscorides. Neminem latere puto, oleum aquæ instillatum, super aquæ superficiem orbicularum formis expandi, quod etiam opobalsamum oleo vitiatum facere, experientia docet, sed

præter oriculum ab oleo, telam eriam facit, ad instar veri opobalsami, super aquæ superficiem. Separatur enim oleum à balsami liquore, quod hisce diebus experientia didici, cum particulæ balsami, quod ab eodem D. Beeringen acceperam, olei quid addidisse, ut verum à vitiato distinguerem. Tela stylo quadam ab aqua tollebatur, relicto oleo in aquæ superficie. Duos modos, docuit Dioscorides, qua ratione balsamum oleo vitiatum detegatur; addam ex Alpino tertium, nempe quod digitis id conrectatum nullo lentore, vel viscositate adhæreat, cum contra succus balsami lentorem & viscositatem habeat. Norunt pharmacopei, oleo resinarum omnium tenacitatem abigi. Manifestius hoc signum, gustus ostendit: à sincero sibi invicem adhærent labia, & os claudunt, non secus ac si quis vinum generosum, pingue seu bonum gustasset. Illud etiam observavi, aquam supra quam tela opobalsami, non facilè congelari: contra partem illam oleo rectam à glacie condensari. Docet etiam Alpinus, quibus notis opobalsamum sincerum dignosci possit, à non sincero, ac vitiato, unguento, cera, resina, aut melle. Unguento corruptum dignoscitur, quod in opobalsamo parvi temporis spacio, in fundo vasis unguenta fidere necesse sit, cera mistum comprehendetur turbido colore, nunquam clarescente, melle infectum dulcis sapor detegit, mulcasque allicit: resina adulteratum in carbones instillatum nigriorem flammam edit, substantiaque crassiore quam in sincero sit spectabitur. Plinius loco citato: *Debet sincerum & inhæscere: sed hoc & gummi addi: a fragili crista evenit, & gustu deprehenditur. Carbone vero quod cera resinaq; adulteratum est nigriore flamma, nam melle mutatu statim contrahit muscas.* Viri docti legendū contendunt σωρθόμυρος καὶ διαχειμόνος αὐτορράδης, id est, in orbem circumagens, & diffundens, stellæ in modum. Non enim inquietunt, hic alterutrum fieri dicit, verum primo densari, & mox stellæ modo iu orbem circumagi, & quasi radiari, ideoque non καὶ sed καὶ legendum esse. Contrarium experientia docet. Aut enim in orbem circumagit, aut diffunditur stellæ in modum. τῷ μὲν τῷ χρώματι ἐπίσκεψε παχύτερον οὐράνιον κίστες γένεται. Attamen sincerus etiam vetustate crassescens, se ipso deterior evadit. Experientia testatur initio terebinthinae crassescere, nec tantum crassescit, sed solito etiam tum odore eximio, tum levitate deficit. Quare tum neque supra aquam enat, neque multum ac suaviter olet, sed ad acorem vergit. Hæc in vero, & non vitiato observantur; sed tamen non est signum quo sincerum ab adulterato cognosci queat. Nam & resina vitiatum crassescit, sed hoc ante senectutem facit, neque opobalsamum & resinæ quædam crassescunt, sed etiam olea arte chymica parata. Habeo rosmarini, quod quondam liquidissimum & tenuissimum erat, nunc instar resinæ crassioris durum, odorem non amisit, quippe & odore suaviore & insigniore. Πλανῶνται οἱ οὐρανοὶ τέτοιοι αἰγαῖοι επιστρέψαντες δὲ ( lacuna addit ὁδογεως confirmat ) χωμάτινος ιερὸς οὐράνιος, εἰς ἀνατολὴν ινδιάνων (vetus ἀδιάχνων. Ald. οὐράνων.) Porro hallucinantur qui sincerum hunc existimant aquæ instillatum prius ad ima fidere fundumque petere, ac postea tanquam qui facile diffundatur, & diffusat sursum remeare. Horum in numero videtur Plinius loco citato, præterea sinceri densatur in tepida aqua gutta sldens ad ima vasit, adultera olei modo innat, & si metropio vitiata est circulo candido cingitur. Simon Seithi, ininde τέτοιο δεκτικάζουσι, τῷ τοπικοὶ αἴσθηται διὰ αὐτὸν αἰλεφόροις, καὶ τοις αἰσθητικοῖς, οὐ καὶ τῷ φυσεδασι, καὶ ἑταῖροι λεγομένοις ζετάσκον. οἵτοι οὐ τῷ μὲν επιπλάκεσι, αὐτοὶ ιφίζασιν καπνοῖς ἐπὶ δέσμην, οἷς καὶ τέτοιο μὲν αἰληφόροι, πλανῶσι τὸ συνδεσμόν αὐτοῖς, τῷ δὲ στιχοῃ, αἴσθηται, οὐ τῷ οὐρανῷ οὐδὲ τῷ οὐρανῷ, παδίοις αἴσθηταις αὐτοῖς, αἰληφυροῖς τέτοιο λεγομένοις. At vero bal-samæcon aliquis sic probant, ferrum ei inungunt, ignique admoveant, si candeat, id quod & oleo capturna, & aliis quibusdam accidit: alii in aquam datum si non superenerat, sed statim fundat petat. Et verè hoc quidem: sed enim quando hec duo concurrunt, quod videlicet ferrum attingat, & in aqua faciliter subsidat, per te illud cape, est enim legissimum & non factitium. Non multum errant, qui credunt pessum ire, & dissipatum postea supernatare. In eo tamen errant, quod aqua concretum hoc facere arbitrentur, cum in aquam injectum hoc faciat. Est demum alterum opobalsamum, ex seminibus balsami expressum, quod pro succo opobalsami aliquando venditur, quod tamen facile ex obscuriore ejus odore at-

**E**nōmū δ. Hæc tenus de succo. Nunc de virgis, xylobalsamum vocant, agendum: verba magistri doctiss. interpres non intellexit, etiam alium codicem habuisse videtur. Legit enim, διάρρης γόνος σείσεται καὶ ιγκέτης ἐπειδή τοις περισσοῖς καὶ τοῖς περισσοῖς, πολλοῖς τοις περισσοῖς & τοῖς ιγκέτοις τοῖς ταῖς δημοσίαις ζητεῖς τὴν αἰνίαν εἶναι & τοὺς βεγχῆς. An habuerit M. SS. codicem, in quo locus hic, in hunc sensum legitur, me fugit, hoc referunt recentiores, balsamum ejusdem cum vite naturæ esse quæ nisi singulis annis putetur, degenerat. Scio ineptum & falsum esse quod vertunt imbrevis causam esse cultus. Raro enim in locis istis cadit imber, hoc veteres, hoc recentiores asserunt omnes. Hoc, inquit Theophrastus, diligenter incolas cole-re hanc arbustulam, quod non parum ex iis lucri ad eos accederet, ingensq; captarent compendium, Diodorus Siculus loco citato, Γαντινεῖς τοῦτο τὸ τέλος τοῦτος ἐν αὐλῶι ποιεῖ τὸ καὶ εὔροις βέλτιστοι, ἵνα τούτοις λαμπτεῖσθαι, εδαφοῦς μὲν τῆς ἀλλού οὐκεπινόντος σύγχονοισιν, τὸ Φοῖνικον τούτον, τῆς ἡγετοῦ ζεύς τοις Φοῖνικας τοῖς λαζαίσι καθιστατείσθωσαν οὐχετέοντες. Ibi in convalle quadam balsamum, quod vocant gigniuntur: unde luculentum ipfis vestigial, accedit, propterea quod nusquam alibi in orbe terrarum hæc stirps inveniatur: quæ præclarum quoque ad pharmacia medicis usum præstat. Hæc vera τῆς ιγκέτιας causa, nempe luculentum quod inde caperent lucrum, succus, fructus, lignū omnia maximo pretio, ut ad capitum calceum dicetur, vendebantur. Ideo tondebant quotannis quod ligno pro aromate uterentur. Strabo loco citato. Μικρὰ δὲ αἱ ἄντες ἐν τούτοις τῷ εὐλογεστάτῳ φυτῷ αἴρουσαν χαράττου. Maximus quidem ex eis ( palmis & balsamo) proventus est; quia etiam xylobalsamo pro aremata utiuntur. Plinius loco citato. Et fermenta quoque in meroe sunt. OCC seftertio amputatio ipsa surciliique veniere; intra quintum devide annum. Xylobalsamum vocatur τῆς ιγκέτιας pars maxima in βεγχή. Assidue enim arbustulis his aquam aggerebant, quo lætiiores, foecundiores provenirent, magisque fruticarent, pluresque ramulos ferrent, ut majus lucrum tam ex succo, quam amputatione ramulorum caperent. Βεγχή hoc loco, idem quod ιδρεια, quæ manu fit, & hoc senū βέργαδη accepit Præceptor lib. II. hist. Plant. cap. VII. ἀλλοι δὲ πότε λαζαίσι — τὸ οὖτε δέ. Vide cap. XI. lib. III. causalia loca. Strabo locum illum in quo nascebatur balsamum Δέσποτην απειλεῖ esse scribit, hoc est riguis distinctum & circumfusum. Quæritur an quondam balsami plantæ rigabantur, riorum ductu aqua fontibus elicita, an vero aquam è fontibus in vasa sumptam portabant, & balsamorum radicibus eam affundebant. Judicium liberum lectori relinquimus, nec medico tantum interest. De cultura hæc sufficere arbitror. Xylobalsami notas has tradit Dioscorides. Τὸ δὲ ξύρον ὁ καλέστες ὅπερβαλσαμον δέκιμον ἐστι τὸ τούτος φυτὸν καὶ λεπτέας φύσει, καὶ πυρὸν ἴνδιδε, βεργῆ πιον τοποθεσίᾳ. Lignum vero quod xylobalsamum vocant, prolatur recens sarmento tenui, rufum, odoratum, quadantenus opobalsamum spirans. Opisimæ inquit Alpinus, existunt virgulæ sarmento se, tenues fulvae & recenter excisa, odorem opobalsami manifestissimum spirantes. His vero recentibus, pharmacopœiæ uti debent, Parvo enim tempore omni odore ac sapore destituuntur. Tanta enim est illius humida substantia, in qua odor saporkæ fundantur, testutas, ut cito exolvatur, simulque cum ea sapor, atque odor evanescat. Recens itaque xylobalsamum non videtur vidisse Dioscorides, quod ad nos adseritur legitimum esse, non nego; licet saepius pro vero lentisci ramuli vendantur, sed in odorum & exoletum ferè semper reperitur.

in regionibus locisque reperta , in quibus nihil præter fera animalia , quod Batavorum navigatio notum fecit. Arabiam balsami patriam esse , negari non potest , ac quidem maxime circa Mechan nascitur . Nam Mecham , inquit idem , hinc euntibus , & ad villam quandam Bedrunia ab incolis vocatam , quæ distat ab urbe C yri spatio dierum quindecim accendentibus , mons prægandis arenosus conspicitur , propè eam villam positus , balsami innumeris arbusculis refertus , quæ ibi Mahometis miraculo ortas , Turcis persuasum est.

Πλάτων δι το αρχετονος doctissimus interpres vertit,  
vendi sincerum argento ad drachmam. Fateor me igno-  
rare, nec posse percipere quid velit. Mente satis ca-  
pio Magiltri. Idem dicit quod Dioscorides. Πωλετη  
οι το τιμω στελνει αυτε τας διπλαν αεγεισοι, inibique  
pondus argento duplo rependitur. δις τας αεγεισοι πωλεισοι,  
idem est, quod τας διπλαιν αεγεισοι, & το αεγεισοι, idem  
quod το τιμω, nam quod in loco ipso venditur raro non sin-  
cerum est. Ex hoc loco quam carum pretiosumque  
fuerit opobalsamum, colligi potest. Carum satis est,  
quod argento rependitur, multo carius quod duplo re-  
penditur argento. Plinius loco citato : *è majore horto*  
*congiis senos, minore singulos cum duplo rependebatur ar-*  
*gento* Viri docti libros omnes scribere asserunt, *quam*

*dupo rependebatur argentum , nec dubitauit quin ita scripserit . Pliniusque verba Theophrasti accepisse , quasi duplum balsamum argento rependeretur , ut una uncia ejusmodi mercis unicam unam venditori suo reportet . An haec mens veraque scriptura Plinii , lector committo , nec multum labore , parum enim inter est , inde nihil fructus haurire potest medicus . Vulgaris lectio proximè ad mentem Theophrasti & Dioscoridis accedit , nempe unam drachmam opobalsami sinceri pro duabus argenti drachmis venditam . Illud ad medicum ; an balsamum Peruanum , seu novi orbis veterum opobalsamum sit . Arbor , ex qua Peruanum hoc colligitur , plane facie ab hac est diversa . Satis enim magna , foliis serratis & tenuibus . Urticæ facie , ut qui Indias peragravunt , referunt . Liquor , sive succus lac non coagulat , aquæ tam frigidæ , quam calidæ instillatus succus hujus balsami , fundum statim petit , nec unquam supernatat , sed in fundo semper hæret , nec dissolvitur , nec albidior , quam antea fit . Maculamque sati magnam , laneæ vesti instillatam , relinquit , gratissimum spirat odorem ; sed qui Thus aut terebinthinam non referat , nec ætate coloris mutationem ullam acquirit , ætate tamen crascessit , ac in eo solo cum balsamo veterum conuenit .*

K E Φ. Z.

C A P. VII.

*De calamo odorato, & junco, & chalbano, comaca, cardamomo, amomo. Quidque hæc fere sint quibus utimur ad unguenta, casia, cinamomum, cardamomum, nardus, nerum, balsamum, aspalathus, styrax, consecratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, gladiolus, juncus, calamus, sansucum, lotus, anethum. Item de Iride Illyrica.*

**Ο**ὗ κάλαμο<sup>τ</sup> γίνεται καὶ ὁ χῶν<sup>τ</sup> ὑπερβάλλοντι  
τὸν Λιβανόν, μεταξὺ τοῦ τε Λιβανὸς οὐαὶ π-  
νος ὅρες μικρῆς στὸν τῷ αὐλονίσκῳ τάτῳ. καὶ ἡ χώρα πίνεται  
Φασοτεῖαι αὐτοῦ πλιβάνης. καὶ μεταξὺ τούτων ἐστιν, οὐ αὐ-  
λῶνα καλέσοι πεδίον πολὺ οὐαὶ καλόν. οὐαὶ δέ οὐαὶ καλα-  
μο<sup>τ</sup> καὶ ὁ χῶν<sup>τ</sup> φύεται, λίμνην μεράλη τυγχάνεται.  
περὶ τούτων δὲ τὸν τῷ αὐλονίσκῳ περίφερεν.  
τὸ πόνον δέ εὔχεται τολμεῖν ητταὶ κατεύθυνται.  
\* δοκεῖσθαι χλωροῖς, αἷλαις ἔγραψαν θέματα.  
δοκεῖσθαι χλωροῖς, αἷλαις ἔγραψαν θέματα.  
τῇ περιστρεψει δέ  
δένδεν Διαφέρεται τὸν αἴθων. εἰς Βαλλονήν δὲ εἰς τὸν τό-  
πον, εὑθὺς ὁ σμήνη περιστρέψαται.  
μὴν πορρωτέρω γε η  
δοτοπονὴ γίνεται, καθέστερ τούτης Φασοτεῖαι περιστρεψο-  
μέναις ταυτὸν ἔναντι τοῦ τοῦ χώραν. καὶ γέρερ οὐ το-  
το<sup>τ</sup> δέποτε θαλάσσης απίκεται τολμεῖς η ἕκατον  
πεντήκοντα σταδίους αἷλα. τοῦ τοῦ Αρχεβίᾳ τῶν αἰνεπιπο-  
λεων ἵναί Φασοτεῖαι δοτὸν τὴν χώρας ενοσμον. οὐ μὴ δὲ  
Συρία τὰ τοξεῖα τῆς σμήνης, χειδὸν πεντήστιν. η γέρερ  
χαλβάνη, Βαρούτερον οὐαὶ μᾶλλον Φαρμακῶδες. ἐπεὶ δέ  
γίνεται αὖτη τοξεία Συρία, στοτεῖ Πάχυς καλγαμέ-  
νος. τὰ δέ αἷλα πάντα τὰ ενοσματικά οὐ περὶ τοῦ αἴραμα-  
τα χωῶνται. τὰ μὲν εἰς Ινδῶν καμίζεται. κακῆς γε ἐπὶ<sup>τ</sup>  
θαλάσσης κατεπέμπεται. τὰ δέ εἰς Αρχεβίᾳς οἷον  
περιστρεψανταί ικανά μέρη, καὶ τῇ ιατρίσι, καὶ κώμεσκην. ἐπερον  
τὸ εἴναι τὸ κάμακρον, καρπός τὸ δέ επερον περιστρεψανταί  
οἷον τὰ σταύδαιοτετα τὸ μύρων. τὸ δέ καρδαμόμερον

καρδιῶν, ὃς μὴ σὲ Μηδείας, οἱ δὲ ἔξιν Ινδῶν, καὶ  
μονάσματος, πάντα, Εἰ τὸν νάρδον ἢ τὰ ἄλλα η τὰ αὐλαῖσσα. οἱς μὲν  
γὰν εἰς τὰ δέωματα χρώνται, χρέον τάδε εἶναι κατία,  
τὰ γάρχαφθα. κινάμωμον, \*κρόδασματον, νάρδον, τανάρον,  
† ἄντρον, Βιλασιον, αἴσπιλαθον, σύρραχ, ειρε, † νάρητη, κέ-  
Al. Bas. lege σθον, πάνακες, κρίκον, σμύρνα, κύπειρον, χοῦνον,  
αἴρεται. πάλαισθον, αἵρασκην. λαχός, "ἄνηρον. τέτων ἢ πε-  
μὴ, ρίζαι, τὰ σῆμα φλοιοί, τὰ σῆμα κλάνεις, τὰ σῆμα ἔγγι-  
λα, τὰ σῆμα απέρματα, τὰ σῆμα δάκρυα, τὰ σῆμα ἄνηρ. Εἰ  
τὰ μὲν πολλαχόγνηται, τὰ δὲ τετέλεστα καὶ εἰσδρομοτ  
† Ευσώμης καὶ δέντρον ἔχει τὸ ιραδον. αὐτῷ ἡ ἀρειση σὲ

**C**alamus vero , & juncus trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem parvum , valle minima exeunt. Non, ut quidam dixerunt inter Libanum, atque Antilibanum. Inter quos campus amplissimus & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant. Qua vero calamus & juncus proveniunt, lacus in amplum extenditur, juxtaque eum palustribus siccatis isti assurgunt. Plus autem quam triginta stadiorum occupant locum. Virides nequaquam \* esse videntur, sed siccii: forma vero nihil ab aliis differunt. Lacum ingrediendi protinus odor aspirat , non tamen longius spirat , ut quidam † referunt. Hic enim locus plus quam centum quinquaginta stadia absit a mari. Sed in Arabia aspirationem agri odoratissimam esse inter omnes constat. Quae in Syria odore excellenter sunt, haec sunt ferme. Chalbanum enim gravius olet, & medicinae potius convenit. Id namque in Syria nascitur ex Paco vocato. Cætera autem odorata, quorum in ‡ unguenro usus, partim ex India advehuntur, ac inde mittuntur ad mare : partim ex Arabia deportantur ; ut cinamomum, & casia: \* atque etiam comacum : fructum, hoc alium esse. Alterum vero unguentis permiscere sumptuosissimis solent. Cardamomum atque amomum alii ex Media, alii ex India , cum nardo, & reliquis omnibus, aut plurimis advehi narrant. Quibus ad unguenta utuntur, haec fere sunt ; casia, cinamomum, † cardamomum , nardus, nerum, balsamum, aspalathus, styrax, † consecratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, \* gladiolus, juncus, calamus, † sansucum, lotus, † anethum. Horum alia radices, † cardamomum, amomum, nar-dus Indica & mōtana, † cyperus, \* iris, naria cortices , alia rami, alia ligna, alia femina , alia lachrymæ, alia flores. Et quedam multis in locis proveniunt, quedam in Asia tantum, & locis apri-cis ; qua \* scilicet supervacua maxime , atque odoratissima sunt. Quippe cum in Europa nihil præter consecratrixem inveneris, qua optima apud Illyrios exit , non tamen prope maritima, sed medi-g, nūm ēn † Ασίας καὶ ēn τὸ ἀλευνῶν πότων. οὐχὶ τοῦ \* que scili- tissima sunt, atque odoratissima,

ανακεχωρηκύσε, κειμένη ἡ μᾶλλον τερες αἴρητον. τόποι  
ἡ τόπων Διαφέρουσιν, σὺ οἰς αἱμείνων ἴρρασία ἡ τοῦ  
αὐτὴν γδεμία· τολήν τῷ αθηναϊκῇ εγγένειαν περιγράψαν.  
τὰ γέρεα σὺ τῇ Θεράκῃ Φυόμενα φέρεις, καθάπερ τὸ τε  
τάρδῳ τεσσερεμφερῆ τὸν ὄσμιντε χον, καὶ ἐπεργάσθαι  
μικρά πινα καὶ αἰδενή τὸν ἐνωδίαν ἔχει. Εἰσθι μὴ τὸ  
ευσόσμων θέμι τοστὸν εἰρήθω.

terranea magis ad septentrionem sita. Verum loci à locis differunt, ita ut producere meliorem possint. Cultus nullus ei accommodatur, nisi quod ab aquatam soleant resiccare. Radiculae enim quas Thracia fert, videlicet quæ odoris nardo similis est, & aliæ quædam parvam, exilemque odoris gratiam habent. Atque de odoratis hactenus.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**T**uis ἀποφερομέναις εἴησαν καὶ τὸν χώραν Theodorus omis-  
fit. Legō τις ἀποφερομέναις πάντας τὸν χώραν. Nam  
quid esset illatio illa cause tollentis hanc opinionem? Καὶ  
ἡδὲ τοιότεροι αἰπέχουσαι γελάτινοι. Appellentibus igitur  
navibus ad oram illam neutiquam pervenire potest odor.  
Dicit enim nimis; sed ab Arabia, quae ad mare pertinet.  
Idcirco dixit, ἐπειδὴ τῇ Αἴγυπτῳ.

Tο εἰπειρον της μητρούς. *Lego απειρον της μητρούς μου.*  
Κασια, κινάμωμος. *Primum animadverte Philosophi negligentiam, qui nominum congerie putat se historiæ legibus satisfecisse. Närum, & Narta: quod in ipso fuit: Reli-*

quit ignota nobis. Deinde miraberis Irism vebi ex India hoc autore, qui nobis, quemadmodum & Dioscorides, Illyricum praefert. Tum autem Amaracum & frequens nobis, atque etsam vulgare est. Postremo non legam ambo, cum Theodoro. Nihil enim apud nos visus anetho. Anius rarius, anno & magis placet.

Ta γδι τη Θεραπευτικη, Videntur esse radicos illae, aut ejusmodi, quas Aiz vocant incole: nos falso calamus aromaticum. Nascuntur enim in Thracia, & Pontio. Calamus autem trans Libanum, qui non amplius convehit ad nos.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

**O** pulchre metas, nomen accepit. Calami genera plura sunt, de quibus lib. **IV.** egit Præceptor. Hoc capite, de aromatico sermonem haber, cuius historiam agredior. *Calamus* hic ἀρωματικός, ινδὸς, μυριψκός dicitur. *Aromaticus, odoratus, unguentarius*. *Garcias* ab *Horatio* lib. **I.**, cap. **XXXI**. Aromaticum & odoratum diversos vult esse calamos. *Calatum*, inquit, aromaticum voco, non odoratum, ut plerique alii, quandoquidem aroma odorem non significat, sed quod vulgo droguam vocant, neque etiam calatum odoratuna scio, sed duntaxat juncum. Contrarium antiqui docent omnes, & odoratum esse ex ipsis *Garciae* verbis probo, cum ait: *Cæterum non est odoratus, nisi ē terra avulsus, quantoque virulentior, tanto mihi validiora, tetriciorisque odoris videtur*. *Theophrastus* odoratum hunc calatum, lib. **IV.**, cap. **IX** scriptit: *Γίνεται (scil. papyrus) ἵσι Συρίᾳ τοῖς τῶν λίπεσιν ἢ ὃ γέλασμα ὁ ινδὸς*. Hoc ipso capite, quid aliud quam calatum inter res odoratas recenset. Vide cap. **XI**. lib. **VI**. D. caus. *Dioscorides* lib. **I**, cap. **XVII**. aromaticum calatum odoris causa malagmatiis ac sufficiibus addi ait. *Mιγγυτην δὲ τὴν μελάγμαστην θυμιάνησιν αὐτὸς ινδὸς*. *Miscetur denique malagmatiis, & sufficiibus, ad conciliandam odoris gratiam*. *Dionysius de situ orbis*. *Ηὗδος, καὶ συμβιτης ινδὸς καλάμου*. Fallitur admodum *Garcias*, quod ἀρωματικός negat odoratum esse. Aroma, ut supra dixi, est res odorata, quæque suavem, & naribus gratum spirat odorem. *Αρωματίζει τὸ δόδιον*, Latinis est, *suaviter fragare*. *Αρωμα* dicitur, δῶτε ἡ αρ, vel ἡ αρ particula intensiva, & ὅξει unde & à Suida exponitur, *θυματικα, ινδιακα, μυριψκόν*. *Plutarchus in Alexandro*. *Οὐδὲν δὲ θυμόποιον δύο δέοντα αρωματικον εύρεται οὐδὲν*. *Tota domus odore fragrat, quasi aromatibus ac unguentis repleta foret*. *Theophr. hoc ipso c. VII. Tὰ δὲ θαλαπτέται, τὰ ινδομά σις αὐτὸς τὸν αρωματικὸν γεῖται*. Legat lector totum caput. *Cæsia, cinnamonum, amomū, cardamomum* sunt arotama, & odoratus his nihil. Verba fortassis Suidæ errandi occasionem præbuer *Garciae*. *Αργυρᾶς εἰς τὸ θυμιάνησιν οἱ Αἴγιοι καλέσονται, αἴλαντα τὸ ινδιακίνα*. Nota Lector *Ἄγιοι μυριψκοί* scribi, ἀρωμα vero cum odoratum significat *Ἄγιοι μυριψκοί*. *Drogaria* vocatur species omnis, cuiuscunq; tandem sit odoris jucundi vel ingrati, modo habeat quid *φρεγματικός*. Qui has species vendit vulgo *drogarius* vocatur, Latinis *seplasiarius*, Græci *πλαστιληνός*, dicunt. Nobis *Progriss* dicitur.

Rivus ĥ, nascitur, inquit, inter ipsum libanum. Vide cap. xxvii. lib. vi. de caus. Dioscorides in India nasci scribit, καλαμός αρωματικός φύτος οὗτος εδέντης in Indiæ. Plinius lib. xii. cap. xxii. *Calamus quoque odoratus in Arabia nascens communis Indis* (forte Indiæ) *atque Syrie est, in qua vincit omnes, à nostro mari centum l. stadiis.* Inter Libanum montem, aliunque ignobilem, (non ut quidam existimavere) Antilibanum in convalle modica juxta lacum, cuius palustria estate siccantur. Tricenis ab eostadiis calamus & juncus odorati nascuntur. Quod calatum in Arabia nascetur, communem dicit Indis & Syriæ,

reprehenditur à Guillandino, lib. de papyro, cap. ix.  
Nam calamus, inquit, aromaticus, quem Dioscorides in India gigni tradit, ubi ingens ejus est proventus, tantum abest ut in Syria proveniat, ut nec usquam in Arabia, nisi ex India importatus, inveniatur. Quod cum ignoraverit Plinius, & res specie diversas, pro una acceperit; mirum non est eum scribere calatum odoratum, qui in India atque Syria nascitur, pullare queque in Arabia, errore per Plutarchum quoque confirmato in libello, cui istulus est, quod bruta ratione utuntur. Hactenus Guillandinus. Verum ut fatear, in quo errarit Plinius, non video. Nemo Græcorum Latinorumve antiquiorum, quod sciam memoriae prodidit duo odorati calami esse genera. In aromatum solo natali variant admodum antiqui. Quid mirum? Loca non usque adeò explorata habuerunt, & quid obest, quo minus & in India, & in Syria nascatur calamus? Fabam Aegyptiam in palustribus Aegypti nasci, Græci scribunt, Batavorum industria, in India amnibus repertam esse suo loco diximus: nec inde sequitur, in Aegypto non nasci. Atqui inquit Guillandinus, Absynthius, in compositione pulveris quadrigarii, referente Vegetio libro ultimo, artis veterinariae cap. xiii. Manifestè discrevit inter calatum aromaticum & Syriacum, quorum ego alterum interpretandum reor pro Indico, alterum pro vulgari calamo, sed in Aulone nato. Nec hinc sequitur duo calami esse genera. Syriacum enim vocavit, quod crederet in Syria provenire, aromaticum ab odore. Quod enim hoc nostro saeculo pharmacopœi vocant calatum Indicum odoratum, ut ab acoro, quam falso calatum aromaticum vocat, distinguat, inde concludi non potest, diversum esse Indicum ab aromatico. Et quis negat Absynthium acomum non vocare calatum, antiquus error est. Sic duo epitheta nardo dat Meleager in uno eodemque versu, alterum à solo natali, alterum à forma, *οὐ πότερον οὐδὲ τούτον*. Præterea quod Syriacum nasci tradit ad ripas maris Tiberiadis in Iudea, id Theophrasti verbis repugnat, qui inter Libanum & parvum alium monticulum in valle quadam nasci tradit Syriacum. Aliter etiam pro Plinio respondere possum. Arabiam longissima amplitudine extensam fuisse, ab Amamo monte è regione Ciliciae & Commagene eam descendere, facit Plinius; & in media Syria ad Libanum montem penetrare. Garcias ab Horto, lib. i. cap. xxxii. per universam Indiam seri ait, negatque usquam alibi, quam apud Indos provenire, idque quod Mercatores Arabes in Arabia inveniri negant; nisi ab Indis mercimonii gratia adveatum. Carolus Clusius, in notis ad Garciam, se fragmenta quædam à Paludano, ex Syria & Aegypto reduce, accepisse scribit. Idem Bauhinus refert. Integræ plantam foliis tantum viduam nobis dedit Arnoldus Douyes, dum viveret seplasarius diligentiss. Peragrarat hic Orientales regiones, apud Syros venale reperiri calatum hunc ajebat, apud hos nasci negabat. Et sane Syriæ natæ esse calami vix puto, nisi forte locus iste sit, in quo scribit


Scribit Theophrastus provenire. Ex India in Arabiam defertur. Unde & *αράβης νόμος*, à quibusdam dictus, qui & in Arabia nati crediderunt. Ex Arabia porro in Syriam advehitur, quapropter Syriacus nuncupatus à quibusdam, qui & in Syria sponte provenire scripserunt. Sic Celsus Alexandrinum vocat, quod Alexandria Romanum cum ceteris Orientis aromatibus deferebatur. Sed nihil, ut dixi, oblitus, quo minus & in Syria, in convalle à Theophrasto descripta, & in India nascatur.

*Οὐ δέντε οἰχλωγίην, virides nequaquam videntur, sed siccii.* Corruptus codex, quomodo enim siccii videri possint; non virides si nihil differat à vulgatis. *Ι. (g) γενέσην οἴη.* Theophrastus lib. vi. de caul. cap. xxii. *Χ. εργοὶ ἐγενέσην οἴη.* *οὐδὲν τὸ οὐδαμόν τὸ ζῶον, μὴ δὲ ωὐδενὶ οἰχλωγίᾳ.* Viridia nihil olenit, ut calamus & juncus, nonnulla etiam plenius, olenit siccata. Objicit quis, virides esse odoratos, quia statim sequitur, quod lacum ingredienti, protinus odor aspirat. Plinius loco citato: *Nihil ergo à ceteris sui generis differunt aspectu, sed calamus praestantior odore statim ē longinquō invenit. Alienā fide hæc scriptissime Theophrastum, refert Guillandinus: Sane, inquit, cum ego annos abhinc duodecim, Damasco proficisci reter Hyerosolymam, hæsi invitus apud lacum Genesareticum, & Capernaitas, Christi miraculis celebres, decem integrō dies, quos medicorum calamo, juncoque odoratis querendis illic frustra impendi. Veruntamen verissimum esse cognovi, quæ scribit Theophrastus lib. ix. de hist. plant. cap. vii. repetitque lib. ult. de caus. plant. cap. xxvii. calamum & juncum odoratos, qui in Aulona Syriae proveniunt, nihil à communibus calamis, juncisque dispare, tametsi odorem, quem narrat ingredientibus locum statim occurrere, neque ego potuerim, neque alii item, qui mecum erant percipere, sed hoc Theophrastum ex aliorum fide prodidisse credamus. Ipse suam intentionem dicitur, cap. xxii. libri ejusdem, quem postremo citavi. Negat calamum & juncum odoratos, quicquam oler virides. Quanto minus ergo terra hærentes? Quod recte vereque ab eo assertum esse experimentum comprobavit, cum calamum juncumque juxta Tiberiadē lēctos, nostratibus nibilo dissimiles, mecum Hyerosolymam importatos, levem quandam fragrantiam, post quadragestum diem spirare deprehendi. Sed jam supra diximus hunc non esse locum, in quo calamus juncusque nascantur. Nodus hic ex doctiss. Garcie verbis solvit. Dum loco citato scribit, calamum odoratum recentem, non esse odoratum, nisi è terra evllum, & quo virentior, tanto validioris, territoris que esse odoris. Et hoc est quod notavit Theophrastus: *εαν δέντε οἰχλωγίην, aromaticum suavemque odorem non spirant recentes.* Attamen ingratum & validum quempiam spirant, qui è longinquō percipi potest, & ab appropinq̄ quantib⁹ in rībus tenetur. Quamquam, ut quidam referunt, non longius spirat. Theophrastus, lib. de odor. *νικήσις οὐδενὶ αειμάτων ίναι, οὐδενὶ οὐδενὶ οὐδενὶ βαρεῖαν τὴν σπουδαίαν.* Atqui aromatum etiam recentia nonnulla virium gravitate & acrimonia pollent. Nonnulla esse ex odoratorum genere, quæ cum recentia sunt, & excrementatio humore scatent, gravius olenit, & gustum ingrata mordent, docet hoc coriandrum, quo nihil deterius recens olet; concocto tamen succo, & sapor, & odor blandus suavisque sit, qui non ita facile, ut in calamo observavit Theophrastus, perit, ac evanescit. *Σχοῖνος ἡ οὐδαμόν τὸ θραύσαται τοῦ λευκοῦ Iuncus & calamus odoratus celeriter odoris suavitatem amittunt.* Quod de calamo & junco verum esse testatur Galenus. Quod vero celeriter evanescat exolvaturque calami odor, causa videtur, quod facilimè exsiccatur, nimiumque arefiat. De junco tamen idem Galenus: *τοῦ δὲ οὐδενὸν τὸ φάρμακον, τὸ μέρος τοῦ θερμοῦ αρματικοῦ, οὐδὲν τὸ περιττόν τοῦ διώδεις αὔτη.**

Calamum aromaticum describit Dioscorides lib. i. cap. xvii. *Καλάμῳ αρωματικῷ φύεται μὴ εἰ λιδίᾳ. Τοι αὐτῷ κάλιττῳ δὲ κύριος πυροργίατος, οὐδὲ τοὺς συνδεόμενος θραύσης, κέρας αρωματικὸν τὸ αὐτεργόν, τούτον τὸ τῷ Αγρανθοῦ τῷ λινῷ συπηκός, οὐδὲ πρότερος. Calamus aromaticus in India nascitur.* Est vero probatissimum in eo generale fulvis, crebris distincte geniculis seu internodiis, quæque conformati in affulac multas diffilis, plenam habens araneorum fistulam subalbidus, in commanducando lentus, viscidusve, adstringens, & subacris. *Πυρῆς, qualis sit color, alibi exposui, rufso nempe obscuriorum esse, qualis leonum est.* Etius partibus legit, parvo discrimine. *Καλαμὸς αρωματικὸς.* *καλός ίστι οὐ πυρῆς, πυροργίατος οὐ ίστι πολλὲς*

*πυροδιλαμψες (lege σκινδεταις) θραύσης.* Duxi parvo discrimine, Galenus lib. xi. meth meden. cap. xv. *πυρῆς πυρῆς* vocari scribat, ei δε αλλως ιδεις ποιοτεσσερα πυρῆς ξενία, διάριον τοι λίγον πυρῆς οὐ γένεται. Quod si aliter nominare fulvum colorem velis, licet voces igneum, pallens. Plinius loco citato: *Mollior traclu, meliorque que minus fragilis, & qui assulose potius, quam raphani modo frangitur. Inest fistula araneum, quod vocant florē. Præstantior est cui numerofius. Reliqua probatio ne niger sit; damnatur aliud, melior quo brevior, & crassior lentsusque in frangendo. Corrigunt viri docti, reliqua probatio, ne niger sit. Quod cum Aetio, Dioscoridi alisque magis convenit. Assulose frangi, inquit. Assulose fracta dicuntur, cum fragmenta in longitudinem magis quam latitudinem disiecta sunt; vel οὐδεις τὸ πετρόνιον ξενία τὸ πυρῆς οὐ γένεται.* Minutum ramatum, quod à pennis raditur ad lignis. Inest, inquit, fistula araneum. Serapio cap. ccv. *Canna ejus plena est cūjusdam rei, similis textura araneæ, cuius color est albus & viscinosus.* Negat Garcias, quod in calamo est spongiosum, & flavelecente colore, aliqua in re simile esse araneorum telis, ut falso, inquit, putarunt esse Avicenna & Serapio, quod Græcis & Latinis hæc nosci oportebat. Verum ut fatear, nulli rei aptius conferre possum, quod in medio calami conspicitur, quam aranei tela. *Τονδόντος,* quia fulvum prius dixit ad araneam fistulam referri debet, qualem etiam in aliis arundinibus cerne re est; *Lentus in frangendo* inquit Plinius. *Lego, mandendo ex Dioscoride* εἰ τὴ διαμετάσει τοιούτος. *Calamus quem ab Arnoldo Douves seplasario dicto, (qui ut præstantissima quæque compararet simplicia tertio, quartoque anno orientales adibat regiones) accepi, caulem habet cubitalem, rectum, rotundum, laevem fragilem, fulvum, intus cavum & spongiosum, membranula (quasi tela alba suspensa) præditum; assulose frangitur, in quatuor quinque ramulos dividitur, ad modum ligustrī Alpini, vel molle Clusi, qui flores, pavos foliaceos plurimos singulis pediculis insidentes, sustinent, ex quorum medio apex stylī instar prodit, forma, figuraque, flosculi hi sunt ledi ix Clusi persimiles.* Alpinus lib. iv. de Medic. *Ægyptia cap. x. calamum aromaticum, cuius in Ægypto usus, his verbis describit: Colore, inquit, subfulvo spectatur, fistulosus, concavus, odoratus, amarus, cum aliqua acrimonia in nonnullis Dioscoridis codicibus legitur, συνηγός, τινδρυμός, πηνεγός, adstringens, subacris, amarus.* Quam lectio em confirmat Oribasius, & Alpinus, & ipse calamus quem ab Arnoldo Douveo accepi) assulose frangitur; id est, in frustula multa inæqualia, intus fistularem meatum, araneum florē vocatum habet. Qui vulgare schoenanthum, de quo mox, calamum odoratum putant, falluntur, nam nec assulole frangitur, nec araneorum fistulam intus habet. Officinae nonnullæ acori radicem calamum aromaticum vocant (dixi non nullæ, quia seplasarii nonnulli diligentiores, quales Dommerus & Beeringen descripunt calamum venalem habent, vocantque calamum odoratum verum Ægyptium) Error hic antiquus admodum est. Neophytus. *Καλαμὸς αρωματικὸς οὐκερός.* Item *αργεῖον οὐδαμόν αρωματικόν.* Hoc etiam fortassis in errore fuit Absythus. Non esse radicem, ex Lexico Medico antiquiss. probatur. *Καλαμὸς αρωματικὸς λεπτὸς δοκιμαῖος λοιπός.* Hoc est quod Theophrastus ait, à vulgato forma non differt. Atqui acori radix, totaque planta multum à calamo sive arundine vulgari differt. Non desunt tamen qui radicem acori calamum aromaticum esse, probare conantur. Tum quod radix acori fit geniculata, calamus nodis est cinctus, tum quod Plinius scribit, lib. xxiv. cap. xi. *Efficacissima autem in omni arundine, quæ proxima radice, efficacia & genicula. Fungus, stipes, ineptus sit, qui non videat hæc de arundine intelligenda. Aliud est radix, aliud radici pars proxima. Quo nomine velim dicant, hæc pars dicetur alio, qnam calamo. Totus caulis arundinis à radice ad superficiem arundo seu calamus dicitur. Quod autem partem radici proximam ceteris prætulerit Plinius, id factum crediderim, quod pars illa crassior, robustior, vegetior reliquis. Hac etiam de caufa genicula efficacia dixit, quod partibus ceteris crassiora & robustiora. De qua & Dioscorides laudat, calamum crebris geniculis cinctum. Ad alterum argumentum, capita hæc Dioscoridis respondent, lib. xi. cap. cxcii. *Κανθάρος ή αίνος (hydro piper) πορτοῦ.* Eodem lib. cap. cxv. idem de cyclamine altero, lib. iii. cap. iii. *De gentiana, κανθάρης πορτοῦ ποταμοῦ.**


**Alii voces** — *διπηχος γερασις διηληματις*. Vide cap. 56. 58. 80. lib. 4. cap. 46. 30. lib. 3. cap. 139. lib. 4. cap. 166. 79. & plura alia. Geniculi sunt nodi quidam, qui vel caules, vel radices vel ramulos quodam veluti circulo, vel annulo ambunt, ex quibus vel ramulorum, vel surculorum, vel etiam frondium exortus esse solent, ut in gramine, arundine & similibus. Videamus quam pulchre cum descriptione calami, acori radix conveniat. Nec assulose frangitur, sed transversim, iridis vel raphani modo, nec fistulam, nec arundinem fert, sed caulem iridis, graciliorem tamen & longiorem; nullam intus araneorum fistulam, aut huic simile quid ostendit, neque sub acris, sed plane acris. *Calamus* *verus aromaticus*, cuius figuram adpingendam curavi,

**Calamus Aromaticus.**

Lucianus, *Εγνθράσιος & Ινδικός λίθος*, vocat, quod in Indico rubroque mari reperiatur, Propertius:

*Quæ venit è rubro concha erycina mari.*

Hieronymus ad locum hunc Luciani de amoribus, λίθος ιενθράσιος καὶ τὸν λόβην πολυτάλαρτον ἐργατικόν βεβίον, re-

**Calamus odoratus Libani.**

Garcias in Guzarate ait vocari *vata*, in Decan *bache*, in Malabar *vazabu*, in Malaja *diximguo*, in Persia *heger*. Egypti, ut scribit Alpinus, *cassis elderita* vocant, vel ut Guillandinus, *cassabofris*, & *cassab aldeura* nuncupant. Non alienum, inquit Guillandinus, hoc loco repellere errorem Eustachii, qui καλαμον ιενθράσιον, id est *calamum rubrum*, apud Dionysium, in libello de situ orbis, pro aromatico calamo, & recte quidem interpretatur, verum vocari rubrum, quod India usque ad tubrum perveniat Oceanum, falso afferit. Nam India non attingit modo mare rubrum, sed multis passuum millibus ab eo abest, neque calamus aromaticus rubri appellationem sortitus est, quam quod sit colore καρπός, id est *fulvus*, *rufus* que, ut scribit Dioscorides. His nihil falsius excogitari potest. Dionysius in Arabiae descriptione, καλαμον ιενθράσιον in ea regione nasci cecinist. Idem ubi Indianam describit ιενθράσιον καλάμιον. *Erythrae* sive *Indici* *calami* meminist, qui diversus ab aromatico sed versus audiamus Dionysi. De odorato, sive Arabicō hos versus haber:

αἱ τοῦ καλαμοῦ θύεισι, τῶν λαβεῖν ὄδοιδεν  
ἡ θύεισι, ἡ συμέτην, ἡ σέδωμα καλάμιοι.

*Semper odorata* *eburiferū* *arboribus* *suaviter* *suboleat*,  
*Vel Thyo*, *vel myrra*, *vel fragrante canna*.

De Indico alibi canit:

ἄποδοι μὲν τῇ κίνησι αἰκέτην, ἀλλάδι οὐδὲ αἴτη  
ὑλαι ηντοῦσιν ιενθράσιον καλάμιοι.

*Alicubi etiam milium crescit, alibi insuper*  
*Sylva virescunt Indici calami.*

Fallitur itaque Guillandinus cum erythræum *calamum aromaticum* esse putat. Omnes Poëtæ ιενθράσιος ponunt pro interiore India, vel regionibus Indiæ coterminis. Unde Tibullus & alii erythræos lapillos manifeste vocant, ex India ultima delatos. Margaritam

spiciens, margaritam rubri maris granum vocat. Et, ut Lucianus, auribus appendi ostendit, scribens ad principium. Solent purpuryssa, & cerusa ora depingere, ferricis nitore vestibus, splendere gemmis, aurum portare cervicibus, auribus perforatis, rubri maris pretiosissima grana suspendere. Unde Theophrastus lapidibus, Εγνθράσιον καλάμιον, ut dixit Eustachius, quod ejus alterum India fit, mari erythræo contermina, vel quod ad ripas Indici, vel rubri maris nasceretur. Quod si à colore nominasset poëta, non ιενθράσιον, sed ιενθράσιον dixisset. Nusquam Græci ιενθράσιον pro rubro posuere, ιενθράσιον gentilitum est, ab ιενθρῷ θελάσσῃ. ιενθράσιον categoria Γ ποτὲ, est enim color. Diversum itaque καρπός & ιενθράσιον.

Junci odorati notas has tradit, lib. I. cap. XVI. Dioscorides. Σχοῖνος οὐ μὴ τε γίνεται καὶ Λιβύη, οὐ δὲ τὸ Αἴγαθος, οὐ τὸ οὖτον τὴν Αἴγαθα λεγομένη οὐτε οὐτε καρπός, δολιπόδειον οὐτε σφενδικήν, οὐτε θαυματώνοις καρπούσιν. οὐ δὲ πυχῖτη. οὐ δὲ Λιβυκή ξηραγητός. εἰσὶ γὰρ τὰς αρχοφατέρας ιενθράσιον, πολυαεδηνούσιον οὐτε πυχῖτη οὐτε πυρφορεύσιον. Εἰ λεπτὸν Εἰ ποδοζεύσαν τὴν ιενθράσιον οὐτε πυχῖτη οὐτε πυρφορεύσιον οὐτε πυρφορεύσιον. Καὶ διάκρισιν τούτων γλωσσος αντεῖ πολλὰ πυρφορεύσιον, γλωσσος δὲ τὸ διάθετον. Εἰ ποτὲ καρπός μετονομάσῃ τὸν πίθην. Dicitur σχοῖνος simpliciter & καὶ ιενθράσιον, cum ad differentiam aliorum junctorum, de quibus lib. IV egi, dicendum erat σχοῖνος ιενθράσιον, ιενθράσιον, αρωματικόν καὶ μεταψικόν. Nomen σχοῖνος à funibus & loris impositum est vulgari juncu, de quo vide quæ supra diximus. A nonnullis σχοῖνος dempto dicitur, sed tum σχοῖνος παρεξέντον, ad distinctionem σχοῖνος, quod per circumflexi notam scribitur, significatque Lentiscum, & nonnunquam scyllam, ut supra diximus. Latini odoratum vocant juncum, vulgo schœnanthum & squinatum, ut apud Plinium medicum, lib. IIII. cap. XII. legitur: *Nitri Alexandrini similiter. Squinanthi similiter, croci similiter.* Sic Palladius in Octobri tit. 14. *Sis squinanthos uncias quatuor, aloes epatici uncias quatuor &c. etiam schœnum antiquissimi dixerūt. Columella*

Jumella lib. **xi**, cap. **xx**. Odores autem vinoferae apti sunt, qui cum defruato coquuntur, ius, senum græcum, schœnum. Doctiores schœnus legunt. Cato cap. **cv**. Schœnum calatum in pila contundito, quod fiet sextarium unum eodem in dolio confundito, ut odoratum fiet. Errat doctiss. interpres cum lentiscum exponit. Schœnus, arbor lentiscina, inquit. Inepta conjunctio calamus & lentiscina arbor. Nec οχινος, sed οχινος Græcis est lentiscus. Σχονινος Græci recentiores dixerunt, ut Actuarius, Etius lib. **i**, in comp. nardina pro Ecclesia, ubi corrupte legitur οχινος καρποφυλατο λ. i. αμαραν. λ. i. οχινος (lege οχινος) λ. i. καλαμος αμαραντε, compositione præcedente οχινος α. θ. dixit, ξυλοβασιομας, ονινος α. θ. (lege οχινος α. θ.) uti apud veterenam legitur capite secundo, ubi Agathotichus, αλονος, οχινος α. θ., μελινον, μονον μελινον. Nescit Galenus lib. de antid. primo cap. **xiv**. cur vulgo οχινος α. θ. dicatur. Σχονινος η επιτηδειον την ιερα Αγριου ιερατειον καιδειν, γαλευσινον την την παλλαν, σων οδι οπους α. θ. οχινος, και την ιερων, η παινη την αθηναν ιερωντων, οινον την ιερωντων ποιαν, μελινον πολλακις αναρχη την την παραλιαν, η οινον την ποιαν νησονται, η ποιαν την ποιαν νησονται, η ποιαν την ποιαν νησονται. Schœnum, live juncum ex Arabia peritum ad hæc idem auctor imponere præcipit. Nescio qua de causa οχινος α. θ., id est, junci florem à vulgaribus appellatum, nobis siquidem cum florum copia non adfit, junco utimur ex Arabia comparto: cuius summittatem camelis sepe numero aboserunt. juncidissime namque hunc juncum camelis pascuntur, secus vias ibi nascentem. Improbatur hanc Galeni sententiam riderque Mathiolus, magnus commentator Dioscoridis. Arduum, inquit, credere tam ingentem esse camelorum numerum, qui in universum locutiarum modo schœni flores depascantur, ut nulla penitus superfit planta, cuius flos non devoretur. Teltem habet Garciam ab Horto, camelos ibi non esse tam frequentes, ut juncum hunc cum floribus depascere possint. Idem tamen Garcias lib. **i**, cap. **xxxiv**, ibidem multos asinos esse inquit, mulos, equos, quos Arabicos vocant boyes, capras, quæ nullum aliud pabulum norunt, quam hanc herbam, vive juncum, gramen. Deridendum itaque non videtur Galenus. Chameli enim nomine, omne animal quadrupes intellexit, quod depascit juncum odoratum, nec flores omnes in universum abrosos scribit Galenus, sed saepe depastos scribit. Accedit quod Garcias paleam de Mecha, & pastum camelorum vocari ait. An itaque hæc vera causa est, cur raro adfertantur? Respondet, id fieri partim quod flores papposi quadrangulus sunt, & tenues, (facile itaque delabuntur & exoluuntur) partim quod à camelis, mulis, devorantur. Huic florum paucitati accedit institorum negligentia, qui per paucos adferunt, medicis hoc non postulantibus, quod horum usus perierit. Defertur quideam in Indiam in medicum usum usurpandus; maximam tamen copiam in fasciculos colligatam, navibus inferunt equarii mercatores, ut equis substernant, ne stercoris & urinæ pædore offendantur. Nam simul arque maduerit, in mare abiciunt, & recentem substernunt. Ad nos tamen quandoque flores seorsim à junci culmo calamoque feruntur, ratiomini adhærere vidi, sunt ex pallido rubentes, acerolis glumis, aut calycibus rubellis, foris intusque papposis, levibus, admodum odorati, inferiores tamen culmi aut calamii, perquam facile odorem, quem spirant amittunt. Recentem si fuerint, quales saepe vidi, culmis calamisque, acrimonia, mordacitateque non multum cedunt. Juncum hunc Latinus Hippocrates rotundum vocat lib. **iii**, cap. **xxi**. Tragoriganum, styrax, costum, junci quadrati, & rotundi, semen illud cyperum, οχινος hoc Græci vocant. De natali solo satis ex Theophrasto dictum. De natali hæc Dioscorides, Alius in Africa, alius in Arabia nascitur, alius in Nabataea dicta. Vetus codex ιερατεια, interpres ιερατεια. Alius in ea parte, inquit Arabia, quæ Nabathæa dicitur. Plinius lib. **xxi**, cap. **xvii**. Ob id & odorati juncis medicinae dicentur, quoniam & in Syria cæli (lege cæle, i. e. cava) ut suo loco retulimus, nascitur. Laudatissimus ex Nabathæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimus ex Africa & sine odore. Hæc si quis cum Dioscoride conferat, quædam manca, quædam perperam notata animadvertis. Laudatissimus omnium, inquit Dioscorides, qui in Nabathæa provenit, secundum locum sibi vendicat Arabicus, quem nonnulli babylonium, alii teuchitum cognominant. Afer vero inutilis sensutus. Contra Plinius ex Nabathæa allatum jun-

cum teuchitem vocari scribit. Corrigunt, ac emendant Plinium viri docti, leguntque: Laudatissimus ex Nabathæa, proximus Arabicus, quem aliqui Babylonum appellant, alii teuchitem, pessimus ex Africa. Τευχίτης οχινος, dicitur, quod vasis adferretur. Τευχίτης οχινος vas. Garcias ab horto in Mararate (vel ut alii, Mareata) & Calaite maritimis Arabiæ provinciis, versus sinus Perfici ostii, maxima frequentia & abundantia nasci tradit, quemadmodum in Europa gramen, quo animalia paſcuntur. Deligit, inquit Dioscorides, recentem, iuvenem, Interpres summè ruffum, qualis non datur. Eμπυρος vertendum, in ruffum vergentem, in quo ruffi quid est. Sic iuvenem in quo amaristudinis quid inest. Eμπυρος in quo purpures quid apparet. Meliores codices, in quibus ιμπυρος, cui color igneus est, qualem schœnanthum habere negari non potest. Sequitur apud Dioscoridem flore copiose. De flore jam diximus. Σχονινος δι ιμπυρος plurimi interpres rubentibus fragmentis vertunt; quia Plinius loco citato: Est autem rotundus vineose mordacitatis ad linguam, sincerus, in confricando rosæ odorem emitit, rubentibus fragmentis. Alii interpretantur, qui scissus purpura colore aliquo conspicitur. Alii exponunt, qui que dum funditur, scinditurque purpurascat. Fidi, scidi, nec quid purpurei magis vidi. Σχονινος dixit Dioscorides, quod purpureo colore sunt, quando tenues involutique in teretein habitum tunice (quisbus constat juncus hic) definunt vel incipiunt, quo loco, quasi fissus videtur juncus. Non male itaque dicereatur circa scissuras, fissurasve in purpum vergentibus. Καὶ λεπτος. Reperiuntur codices, in quibus λεπτος Plinius λεπτος legit, hoc probo. Quique dum manibus confricatur, suavem rosæ odorem emittat, idem Plinius. Angillaram negare tricunt, ullum percipi odorem, ex vulgaris junci odorati, calamis, radice, totaque planta; Aut exoleum, inveteratumque olfecit juncum, aut planè muscosæ naris fuisse puto. Patres reverendi, qui in Mesuem commentaria ediderunt, juncum odoratum fatentur, sed rosæ odore spirare negant. Sanius horum certe judicium, sed quod negant, non esse juncum odoratum veterum, omnino errant. Fatemur nec folia, nec calamis, nec radices rosæ spirare odorem, sed inter rosam & pulegium medium: flores vero manibus cum teruntur, roseum emittere halitum. In Batavia medici, pharmacopæi, seplasarii omnes ad quos recentes admodum adferuntur, id testantur. Et ante hos observarunt hoc Botanici diligentissimi Cordus & Mathiolus, quod sufficere putamus. Dioscorides enim juncum odorem habere rosæ scribit, cui flores multi, μελινος, inquit. Satis itaque esse dico, si flores spirant odorem roteum, reliquæ partes inter rosam & pulegium mediū. Garcias ab horto Dioscoridem in odoratis medicamentis, incertis usum fuisse comparationibus scribit. Nescio qua fronte id scribere ausit, maxime cum fateatur se junci flores nunquam vidisse. Quod si saniore mente verba Dioscoridis legisset, atque ad ea paulo diligentius attendisset, non tam facile, ac fine causa Dioscoridem notaferet. Nihil turpius, nihil magis præter rationem, quam illum infidelitatis arguere, cuius autoritas, integritas, ac in describendis plantis sedulus labor, ac fidelitas, jam dudum apud veteres recentioresque omnes laudata, probata & observata fuit, cui non tantum ipse Garcias, sed veteres, recentioresque plurimum debent omnes, cuius ex scriptis uberrimum fructum sese percepisse gloriantur, quotquot hactenus fuere Botanici, quod nec negare audebit Garcias. Multo, inquit, cum servore mordere. Plinius, vinosam mordacitatem inesse scribit. Dioscorides: cum fervore mordacem scribit. Negant Monachi & Angillara saporem ullum habere juncum. Quod schœnatum nostrum acrimonia careat id fallsum est. Quod enim vetustate evanidum & exoleum non est, linguam manducatum satis vellicat. Usus est floris, calamis & radicis. Nota lector quam aucto Dioscoridi refragantur, qui schœnanthum negant odoratum esse juncum, quod calamis ferat. Negant insuper schœnanthum juncum odoratum esse, quod caule non habeat cypero similem. Verba Celsi supra alia, satis ostendit caulem junci odorati, & cyperi diversum esse cum odoratum hunc rotundum, cyperum quadratum juncum vocat. Junci calamum rotundum dixit Plinius, cyperi angulosum. Verba Dioscoridis videamus: καυτη, inquit cap. **iv**, l. **i**. ἡ πηκταῖον ἡ καυτη πηκταῖον οὐροζη. Caulem vero cubitalem, aut etiam majorem, angulofum,

*lōsum, junco similem.* Non dicit Dioscorides, odoratō junco similem, sed junco, nempe vulgari. Perperam Ruellius de suo addidit, veritique: *juncō odorato similem.* Atqui *χοῖρος*, dices, ubi absolute ponitur, semper odo- ratum significat juncum. Hoc probandum esset. Con- trarium jam probavimus ex Celso, qui juncum odora- tum, rotundum caule nihabere scribit, cyperum quadra- tum. Dissimilis ergo junco odorato caulis Cyperi. Mul- tis ex locis Theophrasti probari potest *Σχοῖνος* absolutē possum, vulgare juncum denotare, lib. I. cap. VI 11. n. 3 πίφη καὶ τὸ — *σκοῖνος*, cap. XI 11. Ois *χοῖρος* οὐ πιπεριάς, οὐ δέλτας in ista τῇ λιμναδός. Vide cap. IX. lib. I V. cap. XXVI. lib. I. de Cauſ. Dioscorides lib. IV. cap. L 11. capitū inscrip- tio, *τοῦ χοΐρου*, de junco. Pergit Dioscorides *χοῖρος*, τέττα διορθεῖται. Quod hoc cap. XVII absolute posuerit *σκοῖνος*, causa est, quod nemo non videt, subintelligen- dum *διάδημα*, *ἀρωματικόν*, vel tale quid, nam de odoratis, aromatibusque agit. Idem respondeatur ad argumen- tum alterum, cum φυτae radices capillamenta similia jun- co dicat Dioscorides. Πίζα οὐ οὐδὲ στεγέα οὐδὲ δακτύλια οὐ μηροὶ πάχες, ταχίσια οὐ διπλήζα οὐ ιχειράστη σκοῖνος, οὐ με- lans οὐδέποτε. Radix superiore quidem sui parte, digitū parvi crassitudinem fermō aequat, sed habet ex obliquo ca- pillamenta junci, aut veratri nigri instar. Compārat Dioscorides fibras, quae in phu radice habentur junci simpliciter, non junci odorati, perperam junci odorati, ut dictum est, addit Ruellius. Quod autem schenan- thi nostri caules & radices in medicina non usurpen- tur, sed folia duntaxat, non fit, quod partes illae viri- bus, sapore, & odore careant, (sunt enim omnes odo- ratae & efficaces, nec verum est, quod scribunt, apud nos enim calamus junci in usu est,) sed quia post Dio- scoridis tempora, incuria medicorum, earum exole- verit usus, qui proculdubio revocandus, univer- saque planta utendum in posterum. Denique ne- gant schenanthum juncum odoratum esse, quodra- dices non habeat manifestas ad medicinæ usum, sed capillaceas tantum partes, quae nullius roboris aut valoris sunt. Respondent docti, nihil facere ad rem, crasse an tenues sint, parvæ an magnæ: nam Dioscori- des eas non descripsit, quod vero nullius roboris esse dicunt, id præter veritatem est. Nam manifesta in iis percipitur adstrictio, & aromaticitas, nec non morda-

### Schœnanthum.



citas, sed tamen hæc satis exigua, nec magna oportet  
sit, siquidem Dioscorides ait, *n d i p i c t u s v u n t u n g i p e r*. Ra-

*dix magis adstricta.* Ultimum argumentum ex Serapione percutit, quod hic scriperit radices latas & nigras esse. Verba Serapionis audiamus: *Squinanthum est herba*, inquit, *babens radices sub terra*, *& ramos subtile*s, *& est sicut radix chulem*. *Nisi quia est latior*, *& minoris tuberositatis*, *& babet fructum*. Nullam in his verbis nigredinis mentionem facit Serapio. *Chulem*, Clusius gramen exponit, alii thymum Graminis, thymive radicibus sint paulo latiores, & tenuiores, inde latas habere radices non sequitur, sed quod diffusus per humum spargantur, ac delatentur. Nam cum Thymi graminis radices admodum tenues sunt capillorum modo, & schœnanthi, Serapionis testimonio, illis tenuiores habeantur, satis appetet Serapionem non de forma seu substantia latitudine, sed quod magis humi se diffunderent intellexisse. Illud porro absurdissimum, quod galanga radices, junci odorati radicem esse dicant: nulla enim manifesta adstringendi vis in ea percipitur. Deinde junci radix modice excalcat, galanga vero ordine tertio. Accedit quod galanga in China nascitur, quæ bis mille leuis ab Arabia distat. Præterea folio, caule, radice à junco odorato multum differt, ut suo loco, si detur occasio, dicam. Clarissimo Clusio schœnanthi quondam planta è temine est nata, quam his verbis describit: *Est vero juncus planta multis culmis assurgentis, tenuioribus solis quam gramen, seu mæ, (quam pulcherrime refert) lingua in mordacibus, jucunda, & aromatica quadam acritonia, que trita gratum quidem spirant odorem, sed in quo rose odor non eluceat, nam manducata potius rosa, præfertim saccharo conditæ, odorem æmulari videntur; nullum prouulit florem, quod serius provenerit, immo primis frigoribus perire, ita ut annua planta censenda sit, radix est numerosa, & capitallayis non nodosa, ut Serapio ait, gustu ferendo & aromatico.*

Duo, inquit, esse genera comaci. Alterius comaci Plinius meminit, lib. xii, cap. ult. Sed locus admodum corruptus, ut supra cap. de cinnamomo videre est, legendum. In Arabia (in Syria scriperit, ut puto, errat Plinius) gignitur, & cinnamomum, quod comacum appellant. *Hic est succus nuci expressus, multum à succo veri cinnamomi differens, vicinatamen gratia.* Quale fuerit hoc comacum, quod unguentis addebatur, me ignorare fateor. Comacum fructum esse illum non inepit quis asseret, qui vulgo cubebe vocatur. Idque, quod teste Garcia, lib. I. cap. xxii. cubebe cumuc vocetur in Java (vide an 10 à scripsit Garcias) ubi plurimum nascitur, in reliqua vero India cubab, & cubab Sini, id est Sinense. Hinc Plinius, voce minus recte intellecta, in Syria nasci sonniavit, & duo comaci confundit genera. Pro cubab, latini cubebe, & cubabi, pro cumuc. Græci καμακον, infima Gracia κεπτηρ, κεμπτηρ, καμβιθη, & καμβιθ dixit. Latini antiquiores cumubani dixerunt Comacum, sive cubebas Hippocrates, μυριδεσσον vocavit. Ἐκλίψεις κακές στίγματα, τι Γενόν δι καλέσαι οι περιστατέσαι, καὶ τεττάνη οὐ τροχούλοι οὐ καλέσαι μεριτίδων. *Grana cndida triginta detracto cortice.* Indicum, quod Persie piper vocat, & quod inest rotundum myrtidanum appellant. Galenus in Exegesi. Μυρτιδῶν οἱ τοῖναι τὸ εὔρη πεπτοῦ. Δισοπουλῆς ἡ ὁ αἰτιαζούσις τοῦ τοποτοῦ τοῦ θηραίνει πιπεριών, καὶ μελος, καὶ δρυΐδην τοῦ τοῦ μυρτινού πεπτον, οἵα μὲρι τοῦ πιπεριών τον μεριτάζει τοῦ Φρυγίαν οὐτός Φυσιον τοῦ πιπεριών μεριτάδων πίπερι. Myrtidanum plerique esse existimant. Dioscorides vero Anazarbas in primo de materia medica, agnatum quandam eminentiam, inaequabilem, & tuberosam circa myrti caudicem esse scribit. Hippocrates tamen sic plantæ fructum nominat, quam Persis piper vocari ait. Duæ itaque res diversæ myrtidanum sunt dictæ. De myrtidano, quod myro adnascitur Dioscorides agit lib. I. cap. CLVII. & Gal. lib. vii. simpl. ubi à quibuidam μυριδη, vocari scribit. De hoc alibi: Myrtidanum itaque fructus rotundus. Idem Galenus. Δισοπουλῆς ἡ ποτηροῦ Γενόν φυτὸν τοῦ θεραίνει πεπτοῦ, οὐ κακές οὐαὶ ζητει μυρτιδῶν, οὐ μύρη ζητει. Dioscorides junior Indicam stirpem in India nasci inquit, piperi proximum, cuius fructus myrtidanum vocatur, quod sit myro similis. Videamus quomodo describat Garcias Cubebas est planta, inquit, malo vulgaris minor, foliis piperis, sed angustioribus, per arbores, bedere modo, aut verius piperis modo, repens, non myri effigie, aut foliis myro similibus, (uti perperam quidam tradiderunt, quibus fidentata, quanta Garcias non debetur, oculatus enim hic auriti illi, fructus racematis coheret, non quidem ut

in uva conjunctim, sed singulis granis ex suis pediculis dependentibus. Silvstris hæc est planta, & sponte nascens, non domesticæ, tanta autem in estimatione est fructus hic, etiam ubi nascitur, ut cum incole decoquunt, antequam efferris finant, metuentes, ne alibi satus enascatur. Haec tenus Garcias. Cubebarum fructus figura rotundi, & nigro piperi non dissimiles, attamen paulo minores, oblongis reæisque pediculis adhærentes, colore ex cinereo fuscaculo acutu cultello puncti, caryophylli modo liquorem remittentes, qui ab Indis apud quos proveniunt partim nondum maturi acerbique, partim maturi colliguntur. Immaturæ cubebæ leves sunt, superficiemq; rugis contractam habent, intus autem in corticis inani concavitate nucleus exiguum, flacidum & tabidum, (hunc myrtidanum appellasse videtur Hippocrates, ιτετο in σπύρων, quod inest rotundum,) matura autem æquales, extenæ, minimeque rugosæ, intus autem cæsio, tritu facili, & cōsumatae magnitudinis nucleo (hoc est ipsum myrtidanum) plena ac distenæ, ideoque immaturis ponderosiores. Immatura saporem habent valde aromaticum, acrem & mediocriter amarum, subtilem cum maxima tenuitate, ad caput in gustu evaporantem. Maturæ gustu minus acres, minusque amarae sentiuntur, valde etiam ipsæ penetrant, facileque vapores sursum mittunt, immaturis tamen minus id præstant. Ex immaturis probantur rugosæ, inanes, leves, & valde aromaticæ, tam odore, quam gustu. Maturæ sunt majores, ponderosiores, foris æquali superficie, minimeque rugosæ, intus plena & nequaquam inanes. Myrti, myrtidanique historiam Plinius lib. xv. cap. xxix. confundit. Et aliis, inquit, usus bacca fuit apud antiquos, antequam piper reparetur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam hanc myrtatum vocatur. Dioscorides junior, ut refert Galenus, myrtidanum myrto similem dicit fructum. Plinius autem cum apud Græcos myrtidanum, πιπερι explicari legisset, nec non fructum myrto similem, putavit id fieri, quod myrti bacca piperis usum præberent. At quid myrto cum peperi? Piper calidum secundo vel tertio gradu. Myrtus ex contrariis constat facultatibus, sed tamen in eo frigidum vincit terrenum, quale nihil in pipere. Strabo, ut doctioribus placet, καρπεῖν vocare videtur, lib. xvii. Γίνεται δὲ καρπός, ὁ μαρού τὸ πίπερον τάγμα, μικρῷ ἀντεὶ μελίσσης. Nascitur etiam corsium fructus piperi similis, aliquanto tamen major. At cubebe paulo minor est pipere, corsion major. (Theophrastus, corsion Lotiradix, lib. iv. cap. x.) Corsion præterea Strabonis Ægyptia est planta, cubebe Índica. Alii piper Theophrasti putant rotundum. Nec horum probo sententiam. Cubebe enim tegmine non constat subrutilo, ad instar laurianæ baccae. Magis errant, qui amomum putant, hoc folia fert bryoniae, cubebe, piperis. Nec amomum arméniacum est, quod non est colore aureo, ligno fulvescente; nec medicum est, quod neque subviride, tactu molle, virgultis ligneis, venosis, odore origani. Vide cap. de amomo. Nec ponticum est, quod non fulvescat, cæterasque notas habeat, quæ Dioscorides de amomo refert. Miror neminem cardamomum dixisse. In interpretationibus enim Nicolai legitur κέμπιππε τὸ γραδεμπον. Non esse cardamomum probatur, quod non sit frangenti contumax, alisque notis careat, quibus veteres suum delineant cardamomum. Ineptius qui ruscum Dioscoridis esse putant. Ruscum bacca, ut scribit Dioscorides lib. iv. cap. cxlvii. per maturitatem rubescit, osseo intus nucleo, nulloque odore, nulla tenuitate partium prædicta, nihilque aromatici habet. Τὸν δὲ καρπὸν τροχύλον, τὸ μῆλον οὐ τὸ πεπλατεῖ. πεφεῖν (περιφεν) doctiores. Serapio enim postquam rotundum esse dixit, addit insuper aliquantulum depremis & latum, quale nihil in cubebis) ἐπισπόντε τὸ πεπλατεῖ, ξηρόν τὸ εἰτὸς δεῖδετο. Qui viticis semen cubebas putant, non sunt audiendi. Vitex, ut suo loco diximus, coitum cohobet, unde agni casti illi nomen; cubebe promover. Sunt qui garyophyllum Plinii esse scribunt. Plinius lib. xxi. cap. viii. Est etiam in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllum. Grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco gigni, advehitur odoris gratia. Sed cubebe piperre minor est, nec fragilior. Alii cubebas carpesium putant, quod Actuarius in compositione quadam, cui nomen orbiculi stomachici, scribat carpesium à Bar-

baris καρπεῖν vocari. Græcorum non esse carpesium, ex his, quæ cap. de cinnamono dixi, luce meridiana clarissima patet. Addam alium Galeni locum ex lib. de antidotis. Πλεῖστον δὲ ἐν τῇ Σιδη (lib. vii. simpl. in scriptis) lib. 3. καὶ πάπτε cap. ii. ἡ Παμφυλία τὸ καρπήσιον τέτο γεννᾶται. Δεπόλι οὐδὲ ἐπὶ τὸ καρπεῖν, τὸ δέξαλησια τοις ἀρχιμοσιοῖς, καὶ καλέσιν οἱ πικρότεροι, τὸ μὲρον τοσσοῦ αὐτῶν Λαζηπήσι, τὸ δὲ τεσσεραύ Πουπκόν (vulgo πικρόν ex lib. viii. simp. lego πικρόν) ὅπερι καὶ βίδητον ἐστι. Ικανορροὴ οὐτὸς τὸ σῆμα η πικρόνα καὶ οἱ φύται. Plurimum in Sida Pamphilie urbe nascitur — tenuia autem quedam carpesii sarmenta cinnamoni virgultis similia. Eius duo genera reperiuntur, unum quod Laertium, alterum quod Ponicum nominatur, à monte in quo nascuntur uterque nomen accepterunt. Lib. viii. simp. Οὐ μέντοι μέρος τοις καρπεῖν φέρονται ταῦτα, καὶ τὸν δοκιμασίαν. Idem loco citato: Πολὺν δὲ ξένον αντεῖ, καὶ τοις ἄλλοις τοις καρποῖς φέρονται. εἰς αἴτιον καὶ τὸ καρπεῖν φέρεται βάλιον, ἵστι δὲ αὐτὸν τὸ δέξαλησιον μέρον, ισχυρότερον δὲ καὶ οὐδὲν οὐδὲν ιχθυον ποιεῖται. Καὶ παραπλέοντος οὐτού τοῦ τούτου γένος. Quod cum plurimum haberem per multis medicamentis admiscuit, in quibus phu vocata imponi debuerat. Est enim carpesium, ut dixi, phu simile (διάφανη virtute, viribus). validum tamen, & qualitatem quandam aromaticam gustatum odoratumque reddens. Hæc satis ostendunt, Galeni carpesium non esse cubebe. Festuca enim est, seu tenuis virgultum: fructus cubebe, in quo odor nec sapor phu referens. Alii carpesium & cubebe Arabum idem esse volunt. Hæc in Arabum scriptis exercitatis relinquo, in orientibus linguis minus sum exercitatus. Quod si ergo error quis sit, nescio an auctoris, an interpretis sit culpa. Cubeben tamen Arabum à carpesio differre, vel hoc argumento probatur, quod Averroes igneæ substantiæ & terrestris, inquit esse cubebas. Addit aromaticas esse: talis in carpesio non est substantia, phu enim odore, sapore, & viribus est simile. At per igneam substantiam dicent se intelligere calidam. Respondeo, ex Latino codice id colligi non posse, eadem enim pagina calidam betonicam, & nubes pineas esse inquit. Quod si ignea & calida idem esset, betonicam vel pineas nubes igneas dixisset. Insuper Rhasis & Averroes cubebas terrestris substantiæ esse scribunt; cujus Galenus cum vires describit carpesii, non meminit. Qui bruscum, ut supra, vel ejus fructum carpesium, vel cubebas esse scribunt, nugantur. Nihil aromatici, tenuiumque partium in brusco. carpesium est sarmentum tenui, cubebe fructus est. Magno & illi in errore sunt, qui carpesium Galeni, & Quinti medici diversum esse putant. Utrumque eodem modo, & eisdem fere verbis à Galeno describitur, vide lector cap. de cinnamono, ubi ex Quinti medici sententia carpesiu de scribit Galenus, & confer cum iis, quæ hoc capite adscripti mus. Carpesium optimum phu esse putant idem. Hoc si verum est, quomodo carpesium odore & sapore phu simile dici potest. Alterum carpesium esse caryophyllos dicunt. Hi ex India, carpesium ex Ponto adfertur, nec charyophylli odore aut sapore phu referunt. Quæritur, an caulium an radicum phu sarmenta, carpelum sint. Et radicum, esse his argumentis probant, quod odore & sapore phu simile esse dixit Galenus, cum autem phu radices in usum veniant, facile credunt esse sarmenta radicum ejus. Addunt, quod Galenus diu asservari dixit, sed solidiores sunt radices in omni herbarum genere quam caules, qui facile flaccescunt & pereunt. Præterea cum Galenus alias cinnamoni virgulta ellebori radicibus comparavit, mirum videri non debet, si idem ex diverso sarmentos carpesii radices cinnamoni virgultis similes fecerit. Adde etiam quod in plantis non solum caules sarmentosi, sed etiam radices plures sarmentosæ dicantur. Verius tamen restringe τὸ καρπόν de caulium, quam radicum sarmentis dicitur. Proprie enim καρπόν festuca, vel palea est, quæ in frigibus aruit. Quod scribunt radices solidiores esse, nescio an id temper verum sit. Absynthi caules etiam aliarum plantarum quarundam suas vires diutius retinent, quam radices. Nec sequitur, Galenus phu radicibus comparavit carpesium; ergo sarmentum radicis est, quia phu radix est. Dioscorides zinziber sapore piperis libro secundo esse dixit: inde non sequitur zinziber piper esse. De zinzi-

zinzbere hoc loco non nihil in medium adferendum. Zingiber à Græcis dictum, nomen accepit ex Indorum vocabulo zengibil, nonnulli zingibis dicunt sed corrupte, nam & infima Græcia ζιγγίβη dixit. Eumelus Hippianus lib. 2. cap. ult. κροτων, κυραμόνις ἀνά γένετο ζιγγίβης. lib. 1. cap. 2. Agotichus. Κυπίνης ὄποπονας, ζιγγίβης, πτεροπλήρης. Describitur à Dioscoride lib. 2. cap. 190. Ζιγγίβης ίδος ίση φύση χειραιδρος, στη τελευταίαν αριθμησι, πλεύσι, (ιλάχιστην γενετη) εχθρότητη χλοης πολλα, καρδιπές ήμεις το πτεροπλήρης, εφαντη εις αριθμησι, καὶ εὐθυματο μηνύτης. Τοιούτη διαρίζεται μικρο, οπτε κυπετης ισταλόνης πεπελέζοντα τη γένους, οιώδης. ευλίγης οι παραποδόνησα. Zinziber sui generis planta est, quæ plurima in Troglodytica, & Arabia nascitur. (lego cum doctiss. Saraceno τρογλοδοτην καὶ ζιγγίβη, sic enim legit Plinius, præterea Äthiopæ pars Troglodytica verius, quam Arabiæ.) Hujus herba virante cocta ad multa, perinde atque nos, ruta utuntur, propotissimatis ac pulmentis eam admiscentes. Radiculas habet parvas, cyperi modo, candentes, sapore piper imitantes & odoratas. Eligito, que teredinem minime senserint. Usum non plantæ speciem exprimit Dioscorides. Eo tamen brevius Plinius lib. xii. cap. vii. Non est hujus arboris (piperis) radix ut aliqui existimavere quod vocant zimpiperi, alii vero zingiberi, quanquam sapore simile. Id enim in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur parva herbe radice candida, celeriter ea cariē sentit, quamvis in tanta amaritudine. Nemo veterum amaritudinem quandam inesse zinzbere scriptis, neque ulla in illo deprehenditur. Ex Barbaria advehi scriptit Galen. Ζιγγίβης ίση πίζα χρωτης ίση νημη δηρούλησην ιν θεραπειας. Galen si per Barbariam Indiam intelligit, bene quidē, at si illam Africę partem, quæ nunc Barbaria dicitur, male. Idem Garcias apud Troglodytas & Äthiopes nasci fatetur, sed adeō exigua quantitate, ut vix ipsis incolis sufficiat. In Arabia nasci negat, quandoquidem ad Arabes transportetur. (Veterum & Diose. temporibus Arabia latius extendebatur.) Illud, inquit verum, quod scribit Dioscorides primis edulii admisceri; quod hodie apud Indos obseratur. Quod autem dicit hujus radices cyperi modo parvas esse fallitur. Nam multo maiores sunt cypero. Intelligit Dioscorides radices ex siccata, quales ipsius seculo ex Äthiopia Troglodytica adferebantur. Ignoravit Dioscoridis parva illa frustula radicum, quæ adfertur, particulas radicis esse majoris. Nascitur, inquit Garcias in omnibus Indiae provinciis nobis cognitis, semine aut radice satum, nam quod sponte provenit exigui est momenti. Idem Maximus. Aliud seminatum, aliud sponte provenit, sed quod seminatum nobilius est. Optimum & frequenter est malavaricum; Arabicis & Persis maximè experitum. (Quod ex Batavorum Molucis ad nos adfertur non ultimum obtinet locum.) Secundum locum obtinet, quod in Bengal reperitur, tertium, quod in Dabal, & Bacaim, totaque ea ora maritima nascitur. In solitudinibus & mediterraneis vix crescit, neque ad nos adfertur. Invenitur etiam in insulis divi Laurentii, & Comaro, quæ Äthiopæ sunt conterminæ. Inde sumpserunt occasionem nonnulli, ut scriberent, apud Troglodytas & Arabes nasci. In nova Hispania nasci, & hoc est Monardus, & hodie ex India Occidentali in Hispaniam mittitur. Est zingiber, inquit Garcias, similis iridi aquatice aut gladiolo (non arundini) foliis, magis tamen nigricantibus; caule cum foliis duorum aut trium palmorum altitudine; radice etiam iridis, non serpente, ut voluit Antonius Musa Brasavola, at nec admodum acris est, (de recenti hoc intelligendum) præsertim ejus quod in Bacaim natum est, ob nimiam quæ dominatur humiditatem. Colligitur & eruitur Decembri & Ianuarii, deinde aliquantulum siccatum limo obducitur, non quo majoris sit ponderis, sed ut foraminibus obturatis, diutius sine corruptione, iu sua humiditate naturali conservetur. Maximus zingiber his verbis describit: Herba similis illi qua crocum (Indicum intellige, sive curcum) fert, & eo modo radix ejus ferè nascitur, quæ est zingiber. Lud. Roman. lib. xv. cap. xiv. Product Calecut ager zingiber, quæ radix est, eruiturque pondo nonnumquam unciarum duodecim, sed non omnibus est eadem ampliudo, plus non agitur in profundum radix, quam ad ternos vel quaternos palmos harundinum modo, cum eruitur zingiber, relinquent iner nodum radicis in scrobe, terraque radici aggerunt, ceu semen ejus radicis, proximo anno eruturi fructum, id est zingiber. Ab Acosta his fere verbis describitur: Trium aut quatuor palmorum

magnitudine assurgit. Folisque est milio majori, quod lachryma jobi vulgo nuncupatur, admodum similibus. Caule vero asphodeli crassitie, ex multis foliorum involucris constans, ut veluti exigua quedam arundo appareat. Radicibus quemadmodum iridis similibus. Monardus proxime ad Garciam accedit. Est zingiber planta foliis innatis, paulo tamen angustioribus, sed similiter virentibus praedita; ejus radices, ut notum est, aliae alii maiores, quæ vires ac recentes nulla urente facultate possunt, ideoque in frustula incisa, acetariis injiciuntur, ut iis saporem & odorem concilient, seruitur semine aut enuore radice, nam utroque modo facile augetur, quum ad justam magnitudinem excravit, eximitur, & in umbra siccatur ubi nullam humiditatem contrahere possit, quæ eam corrumpat, postea luto oblinitur. Variant in foliorum delineatione, qui in India ipsa fuerunt medici satis celebres. Alii enim arundinis, alii iridis, alii lachrymæ jobis folia habere scribunt. Quidam Cypero, quidam curcumæ similia volunt. Zingiberis icon quæ passim ostenditur, Iridis vel xyridis nigriore folio adverba Garciae facta & picta est. Fateatur hoc Lobelius, qui eam primus edidit. Ex argute, inquit, fallacibus picturis aut iconibus, et si à nobis amissimisque viris munere missis oratione plantas delineare, quam dubium sit norunt haud peritores. Annis triginta & pluribus clapsis, antequam nostra stirpium adversaria in lucem prodirent, Antwerpia Lugdunum ad me misit zingiberis effigiem Gulielmus Driesch P. M. ut petitioni meæ satis jaceret, quam legitimam esse afferret. Facile enim fidem illi adhibebit: quia sciebat zingiberis radices adeo recentes, virides & succo adhuc prægnantes Antwerpianam sepe ex India devichi, ac proinde zingiber legitimum in horo prædicti boni viri pullulasse, sed paucis post annis, cum pictura mihi foret suspicta, perspicue percepi zingiberis iconem, munere missam commenistiam

Zinziber.




Effigiatam, à quodam veteri botanico Germano effo. Ut triulque iconem ad pingendam curavi. Zingiber legitimum crevit ante annum unū alterumve Lugduni Batavorum in horto ampliss. viri Mathiae Overbeeck easdem huic figura, qualis picta tabella ostendit, & à clariss. vito Lobelio Flissingæ Zelandorum, in horto illustrissimi principis Mauritiæ princ. auricaci P. M. apud egregiū virum Adramum Menlenare observata, ac his fere verbis descripta: Plures, inquit, Lobelius nobis communicavit, quas alebat solo levi, lateriis fragmentis rubris, quo gaudet tenuibus perinxto. Laxavit autem & emisit ibidem primas suas, non ante, circa finem aestatis, pululationes (quia à longinquæ provinciæ delata, diuq. è terra

Qqq 2

evulsa fuerat) foliis & calamo sesqui spichamaeo, aut pedalē novellam, sive nuper enatam arundinem vallatoriam præ se ferentes. Hanc formam habebant, quæ apud Overbecium videbam. Siliquam zingiberis idem describit Lobelius. Corticosa est, triquetra, duriuscula, villis qui-

Zingiber ad vivum.



busdam & cirris obducta, perpusilla siliqua chameiris ferē par, albida, semine lucido farcta melegetræ quadantes, sed albo gratioreque gustu multo zingiber prorsum testante, eoque zinziperis siliquam dixer. Aliam ab hac plane folio facieque diversam ostendit iconem Acosta, & ex eo Lugdunensis, latissimis hæc foliis, cum tamen ei lachrymæ Jobi folia tribuant. Vereor hoc zingiber commentarium esse: nisi forte duo diversa zingiberis genera sint. Apud aromatarios, radices reperiuntur albæ & rubentes, sed diversa genera non sunt, rubrica infectæ sunt rubentes, creta albæ; quo à teredinibus, cui candidiores & molliores magis obnoxiae præserventur.

*καρδαμων* dictum putant quasi nasturtium suave. Galen. 1.7. Simpl. E'st u'is αμέλει κ. τέ το θερόντινον δυάμενος, & μή εἴτε ισχυρός οἷς τὸ καρδαμόν, αλλ' οὐτοὶ οὐδότες κ. απαρηγόντες οὐδέχι καρδαμόν, πούετο κ. τὸ θερόντινον δυάμενος οὐδέτες μεταληφίη. Cardamomum est suave, facultatis ad modum calidæ; non tamen usque adeo uenasturtium, sed quanto suavius magisque fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior calida ei facultas inest. Verisimilius nomen accepisse ab exoticō vel arabico verbo *cordumeni*, ut zingiber à *zingibēl*. Theophrastus ubi nascatur, vel unde in Græciam delatum sit Alexandri magni temporibus, hæret. Alii, inquit, ex Media, alii ex India adserri-  
sunt. Dioscorides lib. I. cap. V. *Καρδαμων* ἀρετὴ τὸ έν τοῖς κομαγηνῖς κ. αρεταῖς & βασφόρα καμιζόδωρον. *Ζενάτης* οἱ κ. εὐ ινδίαι & ἄσσαβις. Cardamomum prestantissimum censetur quod ex Comagene, Armenia, & Bosphoro importatur, in India quoq. & Arabia provenit. Vulgare, inquit Garcias cardamomum in illas regiones defertur, in quibus suum cardamomum advenhi scribit Dioscorides. Andromachus senior Idæum laudat. *Καὶ μαργῆς αὐτοῦ καὶ ιδαῖον καρδαμων*. Videtur scripsisse poëta: *Καὶ μαργῆς τὸ σπερμα καὶ ιδαῖον καρδαμων*. *Καρδαμων*, pro *καρδαμων*, versus gratia. Et hæc quidem doctiorum est opinio, quam probamus. Sed an cardamomum vulgare Græcorum sit, non satis constat. Theophrastus & Dioscorides tan-tum quibus locis proveniat, scribunt. Theophrastus, ut

dixi, nihil afferit. Addit Dioscorides quodnam eligen-dū. Quod neuter id exacte descriperit, multis peperit difficultates, quas quantum fieri potest, explicare co-nabimur. Primo an lignum, an fructus sit expenden-dum erit. Secundo an Græcorum & Arabum carda-momum idem sit. Tertio quo nomine Arabes descri-pserint cardamomum Græcorum. Quarto an vulgare cardamomum sit Græcorum, Arabum, an neutrum. Quinto an piper Indicum, sive capicum cardamomum sit. De cardamomo hæc Græci tradunt: fructum esse. Locus id Hippocratis ostendit, qui reperitur, l. de super-fœtatione, ubi ait: Οὐ ποτὲ πηγάδια, καρδαμόν μη καρπόν. Non reticendum in M. S. S. quibusdam exemplaribus repe-riri, καρδαμόν μη καρπόν. In pluribus tamen καρδαμόν legitur. Ex Dioscoride etiam fructum esse colligitur, cum ait. Εἰλίγει τὸ δὲ δέρμασι, πλῆνες, μημακός, τὸ γέρη τοῦ τοντού, ξενόγει οὖτις, καὶ τὸ τῆς μητρὸς πληκτικὸν γόνον εἰ δειμόν εἰ ταπεικόν. Eligito quod frangenti contumax, plenum, occlusum, quod enim tale non est, exoletum judicatur, caput odore tentans, gustu acre, & subamarum. Arbor aut lignum non dicitur plenum, farctum, occlusum. Ipse Galenus cardamo-mum semen esse satis perspicuū docet, lib. de antidotis, cap. xv. Σπέρματι τὸ ιμβάλλεται τὸ φαρμάκον ταυτό. Βενιαδός, πτερούλιον θλαστικόν, αμυγέας, άμηνας, μαραθός, διάνη, καρδα-momus. Idem ostendit versus, qui in altera Theriacæ compositione reperitur. Καὶ στολῶν τὸ ανιμάτα, καὶ οὐκ Κερά-mus μαραθός, καὶ αὐτὸς ταῦτα καρδαμόν μετα. Lib. II. de antidotis cap. xi. in Zenonis compos. scribitur, καρδαμόν μετα πλούτης καὶ σύντηξίς. Lib. VI. I. τοῦτο cap. 3. καρδαμόν μετα ιπποτελίον. Loci hi multum negotii Botanicis faciunt. Εἴπερον significat internam partem cujuscunque rei, medullam, nucleum, semen, granum. De fructibus dici, etiam extra omniem controversiam est. Vide cap. VIII. & XI. lib. III. hist. I. Hoc quidem omnes con-cedunt; sed quætitur, an καρπός particula ad εἰπειντες, an ad λοβῶν, referenda sit. Vox ιπποτελίον etiam aliter atque aliter exponitur. Quidam exenteratum, alii e-medullatum. Apud Marcellum Empyricum, & Scri-bonium animatum cardamomum legitur. cap. xv. deprava-ta, ut quidam volūt, lectio. Quin inanimatum contendunt legendum, (qua voce Cicerō etiam utitur) & in his locis usurpari pro emedullato, exinanito; cui contrarium quod animatum, integrum, ac plenum est. Ita & glycyrrhiza Galeno ιπποτελίον dicitur, quod nihil aliud significat, quam quod lib. 2. de antidotis καρπός & εἰπειντες. Et Aetius lib. XI. cap. XLVII. inquit, καρδαμόν καρπός & ιπποτελίον, quod alibi dixisse videtur Galenū, καρδαμομον καρποτελίον. Contra alii ιπποτελίον ponunt. Cui exterior cortex, sive pellicula, in qua contine-tur, detracta est, ita ut interna pars in usum tomatur, ut sit ιπποτελίον, velut ex externa parte acceptum, contrario modo, quo Galeno glycyrrhiza ιπποτελίον pro-batur, ex qua ejecta est medulla, & radix reliqua in usum accepta. Ergo secundum horum sententiam, καρδα-momus ιπποτελίον, item καρδαμόν, ut lib. 2. de antidot. in Zenonis Theriaca scribitur, καρδαμόν μετα ιπποτελίον πλούτης, erit cardamomum, cui abstractum est pellicula exterior. Etiam vox καρπός non ad εἰπειντες, sed ad λοβῶν referenda erit, & accipiendum inter-num, quod in capsulis continetur. Verum ut fatear, locus Galeni citatus, suadere id videtur. Αὐθεντίου, in-quit, πλούτης λοβῶν, detractis folliculis. Contrarium tamen Aetius docere videtur, ut verba supra citata docent, quæ latine sonant, cardamomi medulla privati, ita ut abicienda sit interior medulla, & accipienda exterior capsula. Sed depravatum Aetii codicem dicunt, legendumque καρδαμόν καρπός τῆς εἰπειντες. Animatum quid sit, apud Scribonium Largum etiam disputatur. Alii mendosum codicem utriusque esse scri-bunt, leguntque inanimatum cardamomum, alii contra animatum exponunt, plenum, integrum, uti com-pos. IXX. ubi *cachryos animatis* legitur, id est, cui medulla integra & plena. Alii contra inanitum, vel inanimatum legendum afferunt; sed exponunt, cui cortex ademptus, aut detractus est. Alii interpretis vitium putant, nec depravatum codicem, Scribonium latine non scripsiisse afferunt, sed eum libellum à quopiam è Græco Scribonio conversum. Ut ut sit, depravatus non vide-tur codex, idque quia satis multis in locis vox hæc occurrat, & apud Scribonium, & apud Marcellum. Vide Marcellum, cap. 15 & 16. Verisimile nobis videtur, ani-matum nihil aliud denotare quam decorticatum, & de-libratum. Nullum tamen auctore adducere possum, apud quem


quem ea significatione vox hæc reperitur. Moveror maxime quod apud Marcellum cap. 20 in pertice cosmiana ad stomachi vitia, & ad coctionem ingrediantur piperis albi denarii 19. Inulae denarii 6. nucum juglandium animatarum denarii 6. nucum pinearum animatarum denarii 12. anni denarii 8. Ego, salvo meliori judicio, non video aliud quid intelligi loco cit. quam nucleum Pini, & juglandis, quo vulgo utimur, id est, juglandem & nucem pineam decorticatam, & purgaram. Animatum de interioribus dicitur. Cicero Tuscal. quæstionum 1. Animatum quod est, id motu cie-  
tur interiore, & suo. Animatum itaque cardamomum, idem est, quod intus continetur. Non leve etiam ar-  
gumentum est, intelligi semen quod intus continetur, quod Græci sepius σπερματον καρδαμονος meminerunt. Et ιζηνεις Κυνιν γλυκυρριζα, meo judicio videtur, gly-  
cyrrhiza, five dulcis radix ab exteriori cortice &  
fordibus purgata, qui usus apud pharmacopeos ad-  
huc obtinet. Quin etiam omnino abradi debet exte-  
rior cortex glycyrrhizæ, amaritudinis enim quid ha-  
bet, pectori ingratum. Aegineta folliculos cardamo-  
ni albos alibi dixit. Ab Avicenna lib. 11. tract. 11, cap.  
cl. describitur, ubi ait: Cardamomum, quod sacolam vo-  
cante, duplex est, majus & minus. Majus est sicut sicer  
nigrum, quod cum frangitur interius habet granum al-  
bum, mordicans linguam; sicut cubebe in quo est aro-  
maticitas; parvum est sicut lens, aromaticum etiam,  
calidum & siccum est tertio gradu, in ipso cum calfactio-  
ne est stipticitas, & proprie in ipso cortice, confert vo-  
mitus. A Serapione cap. LXIV, his fere verbis: Saccola,  
id est cardamomum majus, est heil, vel hil, & mi-  
nus est hilbane (Garcias hil duntaxat scribendum ait).  
Judicent in linguis orientalibus exercitati, ) & est  
masculus. Sunt ejus due species, & majus habet cor-  
tices & capita sicut rosa, & sunt grana magna sicut fe-  
re nabach (piperis interpretantur) aut majora parum,  
& intra ipsum sunt granula parva angulosa, boni odoris,  
pinguis, pulverulenta; & ipsum est melioris odoris, at-  
que delectabilioris naturæ, quam minus, & in sapore  
ejus est stipticitas, & acutitas. Verum cum comparatur  
minori, est acutitas ejus minor, & stipticitas ejus major,  
& cortices ipsius & capita sunt stipticiora quam ipsum,  
calida & siccata virtus ejus in primo gradu. Minus vero  
nominatur heilbane, & non habet capita nec corticem, &  
habet grana habentia corticem, cuius color est sicut carda-  
momi majoris, & virtus ejus sicut illius, nisi quod propter  
subtilitatem magis conferat digestioni. Hæc si cum Græ-  
corum scriptis conferantur, non convenire, facile  
quis animadverteret. Græcorum cardamomum calidi-  
tate minore est, quam nasturtium, Arabum ad instar  
cubebe; cubeba vero calidior est quam nasturtium.  
Græci subamarum cardamomum esse scribunt, Ara-  
bes subadstringens referunt. Græci unius memine-  
runt cardamomi, duorum Arabes, Grana in carda-  
momo alba esse scribunt Arabes. Græci quod extus  
tegit folliculum album dicunt. Nec ipsi Arabes satis in  
describendo cardamomo consentiunt. Avicenna gra-  
num album inquit esse, & mordicans: Serapio nigris-  
cans. Alii cordumeni, vel cardameni, Arabum, car-  
damomum Græcorum esse narrant. Describitur ab  
Avicenna lib. 11. tract. secundo, cap. cl. à Serapione  
cap. CCCVI. Cordumeni, vel cardumeni, id est carne a-  
greste, dicitur Persicalingua karda, & à Romanis simili-  
liter. Melius ex eo est, quod defertur ab Amenis de illo  
in terris India & Arabia, & melius ex eo est illud,  
quod difficile frangitur, plenum, conjunctum, durum,  
& grave, & extense superficie, cuius sapor est acutus  
parum, quod autem ex eo non est tale, malum est.  
Eadem Dioscorides de cardamomo. Cardumeni ita-  
que Arabum Græcorum est cardamomum. Restat  
recentiorum de cardamomo opiniones examinamus.  
Piper Indicum superior ètas scriptis esse cardamomum  
veterum. Horum opinionem non probo, quod gustu  
non solum linguam, sed totum os, igneo fervore sen-  
tiatur deflagrare; quod de cardamomo veterum pro-  
didit nemo. Vulgo capsicum vocatur, & nomen hoc  
Actuarium accepisse credit, à κάψις, quod semen hoc  
non tantum mordeat, sed urat: vel δότις κάψις,  
quod in capsula, folliculo, ac quasi cista semen ferat.  
Prius magis arridet. Siliquastrum Plinii putant esse  
doctiores, à silicis magnis, oblongis, latis quas fert.  
Et piperitis ab eodem dicitur, quod semen ejus piperis  
sapore & acrimonia sit, diversa tamen est planta, ab ea,

quæ vulgo piperitis vocatur. Plinius lib. 18. cap. 12.  
Panax piperis saporē reddit, & magis etiam siliquastrum,  
ob id piperitidis nomine accepto. Idem lib. xx. cap. XVII.  
Piperitis, quam & siliquastrum appellavimus, contra  
morbos comitiales bibitur. Castor & Galatea demonstrabat,  
caule rubro & longo, densis geniculis, foliis lauri, semino  
albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris  
suavitati, & ructibus. Caulem piper Indicum emittit  
cubitalis, interdum etiam longiore, minimi digitis  
crassitudine, in angulos striatum, viridem, & circa foli-  
lorum ramulorumque exortus in purpureo nigrican-  
tem, intus ceu sambuci medulla sarcum: folia ha-  
bet oblonga, initio lata, dein in mucronem fastigia-  
ta, media lauri & solani foliorum similitudine. Se-  
cundum ramulos flosculi è foliorum alis apparent,  
candidi, ut plurimum quinque folii, umbilico me-  
dio asterisci instar virente, siliqua formæ & magnitu-  
dine differentes postea sequuntur, initio quidem vi-  
rentes, sed per maturitatem eleganti rubentis cor-  
allii colore, ac nitore splendentes; in quibus semen  
exiguum, planum, ex diluto luteo subalbicans, gustu,  
piperis modo, acre, veluti & ipsa est siliqua. Apud  
Belgas in hortis seritur, sed raro semen maturita-  
tem consequitur. Hæc planta folio vel est latiore,  
vel angustiore, in fructu multiplicem agnoscit diffe-  
rentiam, tam formæ, quam colore; colore, qui in  
initio aliis viridis, aliis niger, in maturitate aut ruber,  
aut croceus, flavusve, perquam raro albus. Figura aliis  
longa, eaque vel crassa, vel gracilis, vel incurvata,  
aliis brevis, eaque lata, cordata, vel rotunda cerasi  
formæ, vel angulosa, vel erecta, vel dependens,  
denique vel caule piloso. Alii cardamomum vulgare  
pro veterum cardamomo habent. Alii negant, his-  
que suam sententiam probant argumentis; quod in  
vulgari cardamomo nulla prorsus reperiatur amaritudo,  
quæ Galeno adeo conspicua fuit, ut vermes in-  
testinorum necare affirmavit, dein quod suavem ha-  
beat odorem, qui non tentat caput. Tum quod fran-  
genti non sit contumax, sed dentibus facilime ce-  
dat, adeo ut malo ferreo non opus sit. Ad primum  
argumentum facile responderi potest. Si quis enim  
diligenter attendat, amaritudo quædam reperiatur in  
vulgari cardamomo, quo officina utuntur. Testantur  
id Cordus, Adversariorum auctores, Maranta, Bauhi-  
nus. Quod non adeo manifesta ac conspicua sit, causa  
est, ab acrimonia obtunditur, nec conspicua magna-  
que sit oportet. Υπόπτης, dixit Dioscorides. Galenus  
Εγειρεί την πικρότερην φύσιδαν, οιωτή διηνέκτη της ίδιαν  
ταύτην. Adjunctum habet quid amaritudinis, qua  
lumbrios interficit. Ad alterum respondet, non vi-  
detur olfecisse, cum tunditur à pharmacopeorum  
familis, vel ubi bona quantitas cardamomi recondita est.  
Sic nec gutta five lachryma una alteraque eu-  
forbi nares fecit; sed in pulverem cum redigitur, na-  
res ferire norunt omnes pharmacopœi. Omnino con-  
cedi debet facile ex folliculis eximi semen, folliculos  
que non majori cum labore separari à semine, verum  
semen facile in pulverem, ipsos vero folliculos difficul-  
ter redigi, testantur pharmacopolæ. Quibus fidem si  
non adhibeant, experiantur licet. Nec vulgare Ara-  
bum est cardamomum, quia Serapio inquit, esse plan-  
tæ semen quod oblongis quibusdam concluditur capi-  
tulis, rosæ similibus, à qua forma vulgare multum dis-  
fidet. Nec Arabum granis est rotundis, sed angulosis.  
Arabum granis est pipere majoribus, vulgare minoribus,  
nec minus five alterum est cardamomum Serapio-  
nis, quod stipticitate careat, magisque calet quam  
gradu primo, tum quod grana folliculo includantur,  
nec millegnetta Arabum est cardamomum minus, ut  
reverendi Patres, fretri Bellunensis auctoritate, scri-  
bunt, cum is tantum vulgari opinione ductus afferat.  
Non esse minus cardamomum probatur, quod tegantur  
grana involucro, tum quod grana folliculo exem-  
pta nuda sint, tum quod magis calet, quam scribunt  
Arabes. Plinius porro quatuor cardamomi genera esse  
tradit, Græci unius tantum meminere, ex quibus aucto-  
ribus quatuor genera hæc habeat, ignoro. Verba Pli-  
ni, lib. XII. cap. XIII videamus. Simile his (amomo &  
amomidi) & nomine, & frutice cardamomum semine ob-  
longo, (de seminis conceptaculo five calice id intelligentem)  
metitur eodem modo & in Arabia, (ex India & Me-  
dia Theophrastus, Dioscorides ex Comagenæ Arabiæ  
& Bosphoro) quatuor ejus genera, viridisimum ac pingue


acutis angulis contumax fricanti, quod maximè laudatur. (videlicet supra verba Diolcoridis) proximum è ruffo cardamomus. Tertium brevius atque nigrius; pejus tamen varium, & facile tritu, odoris ve parvi, qui verus costa vicinus esse debet. In libro viatici, hoc est irodus, à Constantino tralatii, sèpe occurrit mentio majoris & minoris cardamomi; qui usus & hodie in officinis obtinet. Majus enim & minus neverunt. Quod Medici majus, id illi granum paradisi vocant, nec pro cardamomo habent. Quatuor vulgaris cardamomi genera observantur, majus, medium, minus, minimum, Majus melegnetta, malegneta, quod semina milium referant Indicum, & granum paradisi vocatur. Medium cardamomum majus officinarum, & Adversariis medium Mathioli, minus five cardanomum simpliciter officinis dictum, cujus folliculi, vel paulò majus, vel paulò minus. Hinc Adversarii majus cardamomum medium vocant. Minus cardamomum minus vulgare est, ut & cardamomum minimum, quod tertio generi, five jam dicto etiam annumerari debet. Folia malegneta fert crassa, uncias quatuor longa, tres lata, per quorum longitudinem costa elata fertur, à quâ fibræ plurimæ per transversum abeunt, ut in charyophyllorum foliis, cum quibus maximam similitudinem habent. Hujus foliis pediculus, sapore est aromatico, ipsis granis correspondente, non tamen ita acuto, ac aromatico, ut in foliis charyophyllorum animadvertisit, quo signo potissimum distingui possunt. Fructus oblongus est, magnitudine, figura, propemodum ovo æqualis, folliculo simili, cortice constans venoso, fractu contumaci, subruffo, aut in pallido fulvo, supernum pythmena inferius pediculi vestigium habens, intra se nitidis, angulosis, pipere minoribus, superficie ruffis, intusque candidis seminibus, crebris, fungosique membranis distinctis & interceptis, plenis, gustu fervidis; ut piper & zingiber, quibus odore etiam non dissimilia sunt; cortici vero nulla in gusto qualitas, immaturæ baccae, ut van der Hagen docet, rubrae sunt, admodum gratae gustatu & cœsi abunde in Guinea crescit, præsertim circa promontorium dictum *Cabo de tres puntas*. Hac de causa nostrates huic tractui nomen dederunt de *Grynkust*, quasi diceres *littus graniferum*. Belgis enim melignetta græcin. Vulgaris majus melignetta similis fructus est, minor tamen longitudine raro sextantem superans, superius juxta pythmena (umbilicum, hac voce utitur, Dioscorides lib. xxi. cap. clxix. de mespilo) latior, inferius prope pediculum angustior, & fucus aut pyri modo turbinatus, nullam commissuram habens, qua aperiri queat, colore foris in cinereo subruffo, venoso ac distractu difficulti cortice constans. Intus seminibus crebro membranulis interseptis, ac distinctis, colore, figura ac magnitudine melignettae granis similibus, obtusioribus tamen angulis plenus, saporem grana habent, quemadmodum & odorem valde jucundum, aromaticum, tenuem, subacrem, ac modice amarescentem. Cortici nulla est in gusto gratia, ideoque exempta grana ad nos sèpe adferuntur. Aliud etiam cardamomum figura oblongum, triquetrum, utrimq; acuminatum, colore in candido fuscum, quantitate grandi avellanæ nuci æquale, majore cardamomo minus, ideoq; mediocre à quibusdam dictum, intus dense in se farctis, majorique cardainomo similibus granis plenum. Cortice constat prædictis instar, venoso, sed multum tenuiore, in tribus suis angulis quibus dehiscit maturum, singulas commissuras habet. Gustu majori grana ejus respondent. Minus mediocri per omnia simile est, paulò tamen minus, candidiori paulo tenuiori cortice, & trium angulorum commissuris veltitum; quo detracto semina apparente dense inter se farcta, nullis membranis distincta, majori cardamomo similia, paulo minora, magisque angulosa, in ruffo cinerea, atque tam arcte sibi conjuncta, ut unum semen, figura bùbulos renes æmulans, appareant esse. Saporem grana habent valde aromaticum, tenuem, majorique cardamomo similem, sed paulo tenuorem. Scrutur, inquit Garcias, cardamomum leguminum modo, altitudine, quando summa, cubiti, in quo dependent siliquæ granula interdum usque ad viginti continentur. Radice est exili admodum, nec nisi satum provenit. Geographus antiquus Arabs in octava parte secundi climatis, quo regiones maritimæ Indiæ persequitur meminit hahela, quod doctoribus videtur cardamomum. Quia eodem modo hahela semen ferre scribit, quemadmodum cardam-

mi Garcias. Agit de monte quodam urbi Indiæ Faudrinæ imminentem. In hujus radicibus oritur hahela, quæ inde in omnes orbis terrarum fines asportatur. Germine hahela nihil est similius herba cannabis, habetque filias, quibus semina includuntur. Græci recentiores,

## Melandetta.



Cardamomum majus.



Minus, vel medium.



Minimum.

vocant. Charito in cuiusdam serabii compositione. Καὶ κριός τὸ διπλόν τὸ κρετόφυλον, τὸ κάκκαλον, τὸ κρέπην, τὸ μελισσίπετα. Arabum tamen saccola, pro quo Cacela quidam legunt, differt à Græcorum & recentiorum cardamomo, in quibus dictum est; nisi interpretis errorem dicamus; quod affirmare non audeo.

Αμωμον dicitur, ab odore bono, qui reprehendi minimè queat. Phavorinus αμωμον ὁ κρατερός, νερον αιαινός. Hinc videntur Græci omne aroma, quod sincerum & inculpatum esset, αμωμον vocasse, ut in Euangelio πάντα τὸ διπλόν, que sine dolo, & minime adulterata. Sic αμωμον Λιβανον, Thus sincerum. Hinc apud Hesychium amomon & cinnamomum thus vocatum legimus, αμωμον σὲ τοῦ δρουγεῖος ὁ λιβανοτής. κανάμων εἰ τὸ λιβανοτόν. Isidorus amomum dictum putat, quod veluti odorem cinnamomi referat; quod an verum sit, haud scio. Vide caput de cinnamomo. Arabibus hamama, corrupta vox, ex Græco αμωμον. Seraponis interpres pedem columbinum interpretatur. Quod multis errandi occasionem præbuit, geranii genus sic dictum, amomum interpretantes. Turcæ amama vocant. Amomum inter unguenta & aromata numerat Præceptor, nec ultimum locum in iis obtinuit; pretiosissimis enim quibusq; unguetis addebatur, quod etiam Plinius scriptum reliquit: lib. xxi. cap. 1. & 11. Et Dioscorides lib. 1. cap. xiv. πιγνύτης οὐδὲ αὐλόν, οὐ τοῦ πολυτελετοῦ τῷ μέρει. Insertur & antidotis unguentisque pretiosissimisque, quibus & vivi & mortui ungebantur. Nec hoc tantum, sed pro qualibet unguento odorato Poëtæ amomum ponebant. Sic Juvenalis Satyra quarta:

*Et matutino sudans Crispinus amomum*

*Quantum vix redolent juneva.*

Id est, Crispinus unguentis orientalibus pretiosis sudans, madidus, unctus, tantum unguentorum suo corpori impedit, quantum vix impenditur duorum nobilium funeribus. Persius:

*Tandem que beatulus alto*

*Compositus lecto, crassisque lutatus amomis*

*In portum rigidos calcis extende.*

Amomum & hic pro quibuslibet unguentis posuit, quibus defunctorum corpora medicabantur. Inde amomiam recentiores vocaverunt, omne illud quo corpora mortuorum ungebantur & condiebatur. Morniam & mu-

& muniam vulgo vocant, ab amomo nomine deducto. Arabum monia quid sit, in notis ad Dioscoridem exponam, Ovidius, amomi pulvere offa sua condire jubet, lib. 3. Tristium:

*Atque ea cum foliis & amomi pulvere misce,  
Inque suburbano condita pone solo.*

Quid per pulverem amomi intelligat, paulo infra dicam, idem scil. quod Plinius friatum vocat amomum. Vilius erat hoc amomum, minorique pretio vendebatur. *Premium uva in libras denariis* ( inquit Plinius lib. XII. cap. XIII. ) *sexaginta friato vero amomo denariis* XLIX. i. e. quadranginta octo. Non solutum amomum, & in uvæ figura remanens carius vendebatur, quod fraudi nulli erat obnoxium, nec exoletum ( uva amomi nihil aliud sunt, quæ fruticis ipsius surculi inter se implexi in uvæ figuram) at vero dissolutum & fragile, ( uva enim siccata friabilis, & protinus fragilis) facile adulterabatur, nec erat æque præstans: siccum enim minus erat, ut alibi ab Ovidio dicitur, ubi de Phœnicio agit:

*Et turis lachrymis, & siccō vivit amomo.*

Utebantur etiam antiqui unguento amomi ad crines reddendos nitidos, odoratos, suaveolentes. Ovidius XX Epist.

*Proicit ipsa suis deducta fronte coronas*

*Spiraque de nstridis tergit amoma comis.*

Amomum Dioscorides loco citato his verbis describit: *Αμυνος οντις επιστερης, οντις βορεως, οντις ζελας αντιμετωπης μεταξυ διαβολης. Ιχνη οντις της ανθεκτης μακρης (quidam ανθεκη, alius μακρη). Florentini & μακρης ανθεκης, φύλαξ οντις βενενιτης ομοια, καλλιτης οντις της αγριερης, πλευρικης της γεδεα, λοχης οντις της ωστηρης, σωδης ινγρανης. Το οντις μακρης η επιφυλητης της φυλακης, αδυνατης περγη. ισι οντις της ωστηρης, & ασθετης της αριθμητης, της ινδιδης της ενδαισης, οστρακιζη. ( vulgo πηγανιζην.) τη δομης, το οντις πονηρης ωστηρης, (ωστηρης, Ald.) & μακρης, εδι οντις θεραπευτης, βορευαδης πρηπης, η τη οδιη τωληπηγης. Εκ της οντις της ασθετης φατη η λοσης, (Marc., ιωτη) η ωστηρης, & πεπιλημητης, η (Samb. addit. 10) συμπιλημητης, λελυμητης οντις της διακινητης, απογειωτης της ηπηρης, ομοιος βορευαδης, βαρεν, σφοδρα, σωδης, διχης οντις ηδεωτης, ηδεων, διχης της γεδεας, (τη γεδεας Al.) απωτης, της γεδεας η ε (μη Pal.) πονηρης. Amomum pusillus est frutex, in uva modum ex ligno in se ipsum convolutus; florem habet parvum seu usole alba, folia vero, seu vitis albae similia. Horum nihil apud Oribasium. Quare quidam verba haec accrevisse putant. Contra alii depeirata ex Oribasii codice, quod reperiantur apud Serapionem. E\*x ξυλος αντιμετωπης. Verba haec quomodo sint vertenda, labrant viri undiquaque doctissimi. Quidam vocem οστρακην (qua proprie racemos est, & Latinorum uva) pro ipsa vite accipiunt, quemadmodum etiam usurpavit Virgilius secundo Georgicav:*

*Et turpes avibus pradam fert uva racemis.*

Quasi voluerit Dioscorides, quemadmodum vitis sarmento suo, ita & amomum suis virgultis ligneis in se ipsum convolvi: aut etiam amomum vitis ligno seu arbore, cui adnascentur, sese circumplieare; atque ne à Plinii dictione discedant convolvere. Quod si quem inquietum, suæ sententiae sautorem natum fuissent, maluissent ipsi alter convertere, ut dicerent amomum pusillum esse fruticem, veluti botryn lignosum, in se ipsum convolutum: atque ita de botry herba, seu frutice intelligere vellent. Sed servatis reliquis, posset etiamnum βόρεος in proprio significatu pro ipso botro, sive racemo usurpari; quasi magnitudine fruticem hunc racemo adæquare auctori in animo fuisset. Sensus verborum Dioscoridis salvo meliori judicio, & doctissimorum virorum auctoritate hunc puto; amomum esse fruticulum, cuius lignum ita in se ipsum convolutum est, & invicem implexum, ut uvæ effigiem representet. Alia tamen Plinii est sententia, lib. XII. cap. XIII. *Amomi uva in usu est ex Indica vite labrusca: ut alii existimavere, frutice myrtosum palmis altitudine. Ducas refert de amomo opinones, quorum altera uvam esse, ex Indica vite labrusca, statuit, altera fruticem myrtosum. Priorem Plinius sequitur opinionem, uti ex iis, quæ sequuntur probari facile potest. Premium, inquit, uva in libras x. LX. friato vero amomo x. XLVII. Premium uva in libras denarios fuisse sexaginta, friato vero amomo denarios XLVIII. x enim denarii est nota. Vult itaq; Plinius, amomum uvam esse ex Indica vite labrusca. Sententia eadem est Iiodori. Frutex, inquit, ejus botryos summen reddens, sibi connexum, flore albo, veluti violæ, soliis similibus bryonia. Botryosum semen*

Indicæ virtus uvam vocat. Ex parte hic Dioscoridem, ex parte Plinium sequitur. Quod enim Dioscorides de ligno botryos inter se connexo, id ille de semine, sive, ut Plinius, uva. Et haec prima opinio. Altera eorum est, qui fruticem myrtosum esse putabant. Inter omnes convenit depravatum codicem. In Toletano exemplo legitur *montuosus*, in aliis *mutuosus*, in antiquo *venosus*. Corrigit legitque magni nominis, & auctoritatis vir. *Frutice myrtleo*. Nempe coloris myrtlei, id est, inter nigrum & flavum medii, sicut apud Horatium expuit Porphyrio, hoc versu: *Myrteum nodo cohære erinem*. Ut hac appellatione id nos intelligamus, quod Dioscorides dixit *ωστηρης*. Sed hoc contra mentem Plinii, qui *ωστηρης* laudari dicit, paulo infra his verbis: *Laudatur quam maximè punici malis foliis simile, nec rugosus, colore rufus*. Doctissimus Claudius Salmasius legit, *frutice borruoso*. Norunt, inquit, omnes quam frequens sit latinis librariis, M. & B. invicem permutare in scribendo. Sic *mascanda*, *bascanda*, apud Arnobium. Sententia itaque Plinii, veterum nonnullos credidisse, amomum veram esse uvam, ex *Indica labrusca*, alias fruticem esse botruosum, *γιαυρος βορευαδη*, quorum in numero Dioscorides cuius opinionem probabiliorem puto, quod præ cæteris magis hac in arte fuerit exercitatus, & diligentius ad cuncta attenderit. Bryoniae foliis, inquit Dioscorides, Plinius laudatissimum punicis malii foliis simile inquit: *Florem violæ albæ, Serapio, florem habere parvum, similem floriplantæ, dicta locadan*. Quod quid sit ignoro. *Præstantissimum*, inquit Dioscorides: *cenfetur armeniacum, colore aureolum, ligno fulvescente, valde odoratum*. Virgilius *Affyrium laudat eclog. quarta. Affyrium nascentur amomum*. Male audit Marcellus, quod *ωστηρης* in *γιαυρος* verterit, *odoratissimum*. Insigni odore esse amomum veterum, scripta paßim testantur. Auctor de Phoenice:

*Cumamaque, debinc, uvamque procul spirantis amomæ Colligit & mixto balsamum cum folio.*

Medicum quoniam in planis aquosisque provenit infirmius existit, id est sapore, odoreque minus aromaticum. Est autem magnum & subviride, tactu molle, virgultis ligneis, venosis, odore origani. Infirmius, inquit, medicum, quod aquosus proveniat in locis. Solent enim ea quæ aquosus, humidisque in locis nascentur, minus esse odorata. Humor enim largius se permiscens hebet odorem. Vide cap. de Iride. Idem de sapore dicitur. Humor enim acrimoniam caliditatemque obtundit, verum locis siccioribus natum, acre admodum; contra in humidis. Idem de iridis radice dico. Siccis quæ colligitur locis odorata & acrimonia prædata est. Contra in humidis, ubi odor & sapor magnitudine compensatur. Nam locis humidis majora omnia sunt, propter alimenti ubertatem. Experiencia docet plantas ex sylvestribus locis in hortos translatas, grandescere, multoque ampliores fieri; ut in libris de causis docet Praeceptor. *Τηλετης* quidam *subviride*, quidam *palleſcens* vertunt. *Χλωρη*, diversam habere significationem supra abunde, & ad nauseam usque probatum est. Hoc loco *an subviride*, *an palleſcens* vertendum, non satis constare arbitror. Nec ex Plinio colligi potest. *δειγαριζος* τη οδηγη, in nonnullis codicibus legitur *πηγανιζη*, id est, *ruta odore*. Utraque vox apud Serapionem reperitur. Saltem interpres utramque vertit; ac quidem odore rutæ inquit, sapore origani. Apud Oribasium *δειγαριζος*, tantum reperitur. Verisimile alteram vocem spuriam esse. Ponticum, inquit *fulvescit*, nec *longum*, nec *agre* *fragile*, *borruosum* vero, *fructus plenus*, & *odore* *nares feriens*. Tertio loco hoc genus recenset Dioscorides, cum tamen bonitate, præstantia que secundum videatur. *ον μακρης*, voce he apud Oribasium non leguntur. Serapio tamen utramque habet. *Βορευαδης* de ligno ipso fruticis uvæ modo implexo, ac in se convoluto intelligi debet. Hoc ipsum lignum scatere fructu scribit. Deligitorecens, & candidum, aut subrubrum, non compactum, aut coherens. Sed laxedum atque diffusum, semine resectum, simile racemulus, ponderosum, valde odoratum, minime mucidum, situque obſitum, acce, linguanque mordicans, simplici minimeque vario colore. Haec corrupta esse viri doctissimi sentiunt; quod tamen non videtur; siquidem non modo haec apud Oribasium Serapionem, sed etiam apud Aetium reperiuntur. *Αμυνος εντηγη της φατη, η λοσης, οντηρης* (lege ex Dioscoride *η ωστηρης*) *σον εκπιπτησιον* (eodem sensu Dioscorides *πιπλημητης*, η *συμπιπτη-*

γυμνος) λειποντος, οτι καταρχηνδρος. απέμενον τον πλην των ημερών (lege ουσιας, non enim semen acinis simile, sed lignum uvae seu racemi instar convolutum, sibique cohærens.) βοτευδίον. θερινό, σφόδρα την ενώδει, δικαιοντεινό, την θερινήν την γύνον, απλόν την γρόσιαν την μητρικόν. Frustra suspicantur itaque verba Dioscoridis haud integræ ad nos pervenisse. Deligitō, inquit candidum & rubrum. Hæc adjecta particula legenda sunt, ne utrumque Dioscorides requirere videatur, album simul & rubrum; sed ut singulum probetur, tam id videlicet quod album est, quam id quod subrubrum est. Nec repugnant hæc que de Armenio dixit; quod scilicet subrubrum, & colore ad aurum vergens maximè laudet, sed Armenij hæc nota, simpliciter etiam quovis alio, hoc loco probantur, uno hic (quantum ad colorem spectat) adiecto, quod album quoque eligendum sit, si non præ subrubro, saltem præ aliis certe coloribus, & præcipue vario. Contra tamen Plinius candidum damnat, & ideo forte Marcellus, αρνητικός, απότολος legendum docet, sed qua codicum fide, non video. Laudatur, inquit, quam maximè punici mali foliis simile, nec rugosus, colore rufus, secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, pessimum candidum, quod & vetustate evenit. Hæc plane, ut dixi, cum verbis Dioscoridis non convenient, cui addictiores sumus ob causas, jam allatas. Non compactum aut cohærens, aut, ut Aetius, coactum. Horum verborum sensum exponit doctiss. Salmasius. Pusillus amomii frutex sibi invicem connexus & contra implexus in uvae modum, dum colligitur protinus est fragilis. Plinius, carpiturque cum radice, manipulatum leviter componitur, protinus fragile. Ideo solutum & dissipatum eligendum præcipit Dioscorides, non convolutum & connexum: quia cum carpitur verum amomum, statim solvit & frangitur, at quod adulterabatur, addito gummi efficiebat ut cohæreret convolveretque se uvae in modum, ut sic germanum videretur. Plinius loco citato: Adulteratur foliis punicis, & gummi liquido ut cohæreat, convolvatque se in uvae modum. Dicit tamen Dioscorides probandum: τὸ διατριχυτόν τὴν λειποντον, οὐσιαν βοτευδίον. Nihil hic est quod sibi repugnet: integrum amomum & radice sua nixum, βοτευδίον existit, & uvae modo convolutum sibique cohærens. Cum solvit & dissipatur, fragmenta etiamnum ac partes βοτευδίου similes manent. Nam τὰ βοτευδία parts sunt, & τῷ διαφυάδι τὸ βοτευδίον, ut racemi uvae, racemus βοτευδίον, uva βοτευδίον. Alii malunt legere, πεπλαγμένον τὸ συμπεπλαγμένον, & λειποντον τὸ διατριχυτόν, quasi negativa particula foret transposita; pulchre uvae in modum in se coactum, & convolutum, non autem dissolutum, & temere contortum. Sed lectio hæc contra omnium librorum fidem est, etiam Aetii Pergit Dioscorides. Δοξάσων οὐ πιστὸν τὴν λειποντον απαντεῖ, οὐ φέρει τὸν τῆς απομιμησίας, αὐτομητον τὸ διαφυάδιον, λειποντον δι τὸ Αρεδρία, αὐτὸν τὸν ιαθετικὸν θεραπευτικὸν. δι τὸν τὸν τοιότον δοκιμασίων. τὸ θραντομάλακε επιφύλεγε, εἰλιγάς οὐ τὸ δῶδε μᾶς πίεσι χοντρα κλάδος. Sunt qui amomum herba simili, quæ amonus dicitur, adulterent, sed quæ inodora sit, & fructu careat. Nascitur ea in Armenia, floremque profert origani. Porro in hujusmodi simplicium medicamentorum probationibus fragmenta fugienda sunt, eligenda vero que ab una radice suos habeant integros surculos. Plinius loco citato: Εἴτε & quæ vocatur amonus, minus venosa atque durior, ac minus odorata, quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. Legit Plinius, αὐτὸν τὸν αὐθητόν. Præterea Dioscorides, amomum, inquit amomide adulterari, contra Plinius, amomidem amomii foliis mali punicis. Dioscorides amomidem in odorem esse scribit, minus odoratum Plinius. Aetius loco citato. Δολέσσων οὐ πιστὸν τὸ αμομιδίον φέρει τὸν αὐτὸν τὸν θραντομάλακε τὸν τοιότον δοκιμασίων. Adulterant quidam id amomide simili existente. Semper autem fragmenta reprobanda sunt, electis ramis perfectis ab una radice. Ex his probatur amomum non esse fructum, sed surculum vel lignum. Si enim semen esset, non posset adulterari planta, quæ semine caret. Præterea si esset fructus, frustra Dioscorides fragmenta rejicienda scriberet, eligendumque quod ab una radice surculos habeat integros. Doctiss. tamen viri, fructum esse contendunt, & probant ex Galeno lib. ix, xxi, tertio, ubi Asclepiades hydropticis prescribit, βοτευδίον τὸ γ' αμομιδίον βοτευδίον τὸ γ'. σπινθερίσεις πίξις τὸ γ'. lib. i. de antidot. Damocritus, βοτευδίον τὸ αμομιδίον μαραθετον φύλλα τοια. Etiā ex Nicolao Myreplo pro-

bant. Hic in composit. Theriaci habet σόργην, μετά αμομιδίον βοτευδίον, ταχὺς καλεῖται. Etiam in compos. hedy-chroi legitur. κατασκοπεύει, αμομιδίον βοτευδίον. Alii dictiones duas αμομιδίον βοτευδίον separandas per interiectum comma scribunt, exponendumque anomii, botryos (herbæ, cuius Dioscorides lib. 3, cap. 130 meminit) Galenus, vel potius Asclepiades, cur βοτευδίον αμομιδίον dicat, ex superioribus facile colligi potest, nempe quod racemi uvaeque instar convolutum sibique cohærens sit. Nec separandæ hæc voces. Probatur hoc ex Andromachi versu, Εὐρηκαντος μήτητον βοτευδίον αμομιδίον, τὸ ταχύτερον, τὸ εὐθύτερον βοτευδίον αμομιδίον, nemo separare potest. Proinde verbum botrys in carmine Damocritis, non herbam, sed racemi instar convolutum exponi debet, nec botrys herba in theriaces compositione addita unquam fuit. Quod ex Galeno probatur, lib. I. de antidotis, ubi nulla mentio fit botryos herbæ, in compositione dicta Theriaces, quam ex Andromacho juniorc soluta describit oratione. Tum quod nec apud Aeginetam, aliumve auctorem probatum ejus mentio fiat. Restat indagemus an amomum veterum reperiatur. Docti rosam hierichontinam amomum esse afferunt. Inter hos maximi nominis acutiss. Aristoteles commentator. Est enim omnino amomum, id quod rosam Hierosolymi, aut beatæ Mariæ vulgus vocat, perplexa sarmentilla in racemi modum, quæ si nihil spirat odoratum, natalium humoris, atque vetustati sit attribuendum: non detrahendum speciei, propter accidentium absentiam quorundam. Fallitur vir magnus. Amomum, inquit, Dioscorides foliis bryoniae esse, rosa hæc oleæ ferme fert, quod odore caret hæc rosa, id vetustati non ascribendum, recentem admodum accepi. nullum odorem percepit, fregi, contusi, igni injeci, omnia frustra. Sedulo rogavi, inquisivique, an in natali solo odorata esset, retulerunt nihil sese odoris perceperisse, quod verisimile admodum judicavi, trimestri enim spatio non perit ejus odor. ( antiquior enim non erat, immo bimestris vix. ) Dioscorides abunde odoratum amomum esse scribit, quod de viridi recentique intelligi non oportet, sed exsiccatu. Accedit quod nec acris sit, nec linguam mordet, nec acoro similem facultatem habeat. Galenus lib. vi. simpl. Αμομος ισινος τὸ ταχύτερον τὸν ὄντον σόργην, παππάντερον οὐδὲ αυτοφερει. Nec rosa hæc est amomis, ut alii scribunt, quod semine prægnans sit, amomis semine caret, nec origano similis. Inconstantiae arguent viri docti Valerium Cordum, quod in commento in Dioscoridem, & in compositione Aureæ Alexandrinæ scriperit, rosam hierichontinam esse amomum; in compositione Theriaces, quasi sui oblitus, amomo nos carere. Intelligit vir doctiss. destitui nos rosa hierichontina. Illa enim officinæ parent, quod apud paucos reperiatur. Utuntur mulierculæ rosa hac ad investigandam pariendi horam, quandoquidem, ut ipsæ fatentur, in aquam demissa non prius fæscit, quam foetus nasci incipiat. Alii aquam, vinumq; in qua rosa hac macerara est partus accelerare, doloresque lenire autument. Nec minus fabulosum, in natali Salvatoris nocte, atque ipsa nativitatis hora, sponte sua aperiri ac diffundi, quod in terra sancta nata sit. Sponte nunquam panditur, aqua viuoque perfusa macerataq; quocunque tempore omniq; hora aperitur. Ineptiunt, planeque præter veritatem scribunt, qui columbinum geranium pro amomo habent. Nec odoratum, nec saporem calfacientem geranii illud genus habet, folia comparata bryoniae foliis nequeunt. Errandi occasio nem Serapio, vel ejus interpres præbuit. Hamemis, inquit, id est, pes columbinus & amomum. Alii ribem nigram pro amomo agnoscunt. Ehi falluntur. Pusillus non est, sed satis magnus frutex in se ipsum non convolvitur, per quam σφόδρα odoratū dici non potest. Sed hoc dicent, quod in aquosis locis nascitur. Concedo, sed illud genus Dioscorides organi odorem præ se ferre inquit, quem non emittit. Denique folia dissimilia bryoniae foliis, dissimillimus flos leucoi flore, mitto vires acoro non respondere. Alii piper caudatum amomum statuunt. Horum opinionem probare nequeo, quod piper hoc quovis pipere calidius, acrius, & fervidius sit. Amomum Dioscorides calfacere, adstringere, exsiccare scribit, θεραπεύει τὸ ιχνευτικόν, συπηκτόν, ξηροπεπτόν. Vulgarē piper acoro calidius. Accedit quod sit semen, nec in se implicatum, uti scribit Dioscorides de amomo, foliisq; bryoniae careat, flore; leucocy. Easdem ob causas nec cubebe, nec Aethiopicum piper, præterquam quod

quod piper hoc in siliquis proveniat, phæseolorum, aut piforum modo grana continentibus, pipere minoribus & pertinaciter in harentibus. Non defunt, qui garyophyllum Plinii, de quo supra facta mentio, amomum autem. Describitur hoc à Clusio, lib. 1. Exoticor. cap. xvii. Mittebat, inquit, ad me Londino Iacobus Garetus hunc fructum orbicularem, piperis grano plerumque majorem, nonnunquam etiam minorem, rugosum, fuscicoloris, satis fragilem; qui apertus semen continere videbatur rotundum, nigrum, in binas partes scissile, non minus aromatici saporis & odoris quam ipse fructus, atque aromaticos caryophyllos quodammodo referentis. Botri autem in modum nascitur, ut ex multis granis, que petiolas suis adhuc retinebant, & binis ternisque granis uni ramulo in harentibus conjecturam facere poteram. Hū adjecta erant folia, unius quidem formae, sed magnitudine valde differentia. Nam quædam septem uncias erant longa, tres latata, nonnulla quinque duntaxat uncias longa, duas cum semisse lata, alia trium unciarum longitudinem non exceperant, & vix duarum latitudinem attingebant, quædam etiam iis longe minora & angustiora, præterim quæ cum granis permista reperta fuerant, pro loci quem in ramis aut ramulis occuparant ratione: nulla autem inter illa reperti, quæ serratas haberent oras, sed æquales, omnia, & multis tenuibus venis à nervo folia per longitudinem secante in latera oblique excurrentibus prædicta, eorum mucrone nunc angustiore, obtuso tamen, nunc latiore & quasi orbiculato generaci ex spadiceo coloris, & satis acris saporis: ramuli, qui additis fuerant, tenues, quadranguli, cineracei coloris, cortice tecti, annotini videlicet, qui vero postea natū, spadiceo, retinentes adhuc vestigia, ubi folia inhaerant, quæ ut plurimum, ex adverso nata esse demonstrabant, & illi etiam acrisculi saporis, perinde ac folia, nec ingratuodoris. Hujusmodi ramulosante annos aliquot æte redemi meo uon à natura, sed à medico, qui dono acceperat; nomini ejus parco, ne videar in eū concitatiō. Diversitatē foliorū in ramulo hoc observare non potui, aīoquin pulchre referens, descriptioni à Clusio data, unciarū quatuor hæc folia erant. Fructum hujus pro amomi succedaneoutuntur officinæ, nec ea in re peccant, easdē enim vires habere videtur, quas Dioscorides amomo tribuit. Calfaciendi enim, exfieandi, & adstringendi vim habet, aromatico odore & sapore. Non esse verum ammonum probatur, quod folium non sit bryoniae simile, nec lignum in se convolutum adinstar uvæ, arbor etiam est, non pusillus frutex, ut idem Clusius à nautis intellexit. Denique amomum non est, quod officina ammonum vel cardamomum majus vocant. Fructus est botryos forma, non lignum, adinstar uvæ convolutum, odore gravi, saporis acris, in quo adstrictionis nihil. Refert Clusius ex levi gustatione caput doluisse. An à gustu, an ab odore hoc acciderit, ignorat. Consul tamen Middelburgensis esu ejus in gravem incidit morbum. Gustavi amomi genus illud, nihil tamen inde mali sensi; ab usu tamen ejus copiosiore abstinui, terrebant vestigia. Nec illud quod vulgo pro amomo venditur ammonum est, caliditate omni, adstrictione, & odore caret. Amomum Clusio pro vero missum, pede columbinum referens, non est veterum, ut ipse scribit (non memini me vidisse) erant frequentibus foliolis onusti ramuli, ut ex solis foliis constare viderentur, quemadmodum in tithymalo paralio videre est, quæ in extremo ordine tali erant disposita, ut flosculum, aut rosulam efformarent. Ramuli isti, simul compacti, non inepit pedem columbinum, qualis earum est, quæ plumipedes sunt, referte videbantur; nullo tamen odore, saporeve singulari prædicti. Garcias ramulo se donatum scribit, quem cum Dioscoridis descriptione contulit, & venustissime quadrvavit; dolendum quod non descripsit. Scripti ad medicum quendam, Græcum Constantinopolitanum, petiique verum ammonum mitteret. Misit ammonum spurium Clusii, quod vulgo cardamomum majus officinæ vocant. Scripti Aleppas, idem miserunt. Curravi ex Ægypto, ubi verum ammonum in usu, inquit esse Alpinus, sed responsi nihil accepi, nec quicquam haec tenus missum. Amomum illud describit prosper Alpinus lib. iv. de Med. Ægypt. cap. x. Est itaque ipsorum amoma ramulus brevis, gracilis, multis obliquitatibus, atque parvis, densis, obtortis ramis prædictus, vereque racemo uavarum figura similis. Est tamen lignosus, durus, frangibilis, colore corticis quidem nigro, subrubente, ligni vero vel albo, vel flavo prædictus, valde juncundum vel aromaticum odorem respirans, nul-

lius tamen saporis. Amomi figuram Castor ostendit, sed quid sit, & an in rerum natura, ignoro.

Nardi sequitur historia. A Naardo urbe Syriaca, Euphrati contermina nomen accepisse, multorum est opinio. Genera nardi plura, saltem eo nomine plures gaudent plantæ, quas Neophytus recenset. Νάρδος πάπικη, τὸ στραγγεῖον ῥάβδος ἄργιλος, τὸ ἀσπερόν, τὸ ῥάβδος Λιδίκη, τὸ Συρακοῦσαντος σάκχος, τὸ ῥάβδος τὸ εἰς τὴν παριστοῦσαν κράτην, τὸ ἵζουντος τὸ πάπικον. Duo hic notanda, quod φῶς non meminerit; quod tamen à Dioscoride aliisque Græcis nardus sylvestris dicitur, majorique jure nomen illud obtinet, quam asarum. Alterum, quod ῥάβδος σάκχος propriæ nardum Indicam vocatam dicat. Syriam vero σάκχος appellari addat, cum ῥάβδος σάκχος absolute etiam σάκχος vocetur à Græcis recentioribus, quod est spica. Idem Neophytus in αὐτισμούσιοι, manifeste σάκχος, absolute dictum distinguit, ab ea, que ῥάβδος σάκχος appellatur, his serè verbis. Ἀντὶ ῥάβδος σάκχος σάκχος, quasi diversa fuerit spica propriæ dicta, à nardi spica. Crediderim ipsum verba Dioscoridis non satis examinasse. Duo enim, inquit, genera nardi Indicum, & Syriacum. Cum idem genus sit Indicum & Syriacum bonitatis tantum nota soloq; natali differens. Nisi placet inter varias nardi species, præter Indicam, unam etiam fuisse, cui spicæ nomen proprium factum est, à flore spicato, quem præfert. Spicam eam hodie lavendulam appellamus. Oleum enim, quod spicæ vocant, oleum est lavendulæ. Demetrius ἡρακλεοφίων ῥάβδος σάκχος, hæc appellare videtur, titulo ad eum, qui non concoquit, φύλακα ῥάβδος σάκχος. Εγγένειον τούτο τοῦ φάρα, τὸ μίζας ὄντος αὐτοῦ ἵζουντος. Non nullis foliis spicæ nardi, & geponomi æquo pondere trita in vino amineo insparsa infundunt. Lavendulæ folia, floresque in usum recipiuntur. De ea supra lib. 6 egi, hæc est pseudonardus Plinii, qua nardum Indicam quondam adulteratam scribit. Hanc in compositionibus medicamentorum pro nardo vera subjecit infinita Græcia, & absolute ῥάβδος σάκχος, & σάκχος vocavit, quod nomen hodie etiam obtinet, quod flos ejus in mucronem definat. Sed hæc Syriaca vocari nequit, in Europa passim reperitur. Utro modo explicentur Neophyti verba, ab errore immunis dici non potest. Hoc enim tolerati vix potest, quod in αὐτισμούσιοι dicat, ἀντὶ ῥάβδος σάκχος σάκχος, quasi præstantior foret Indica; cum Syriacam præferat Dioscorides. Rectius dixisset, ἀντὶ σάκχος ῥάβδος σάκχος. Succedanea enim cedunt in locum melioris. Sic cinamomi αὐτισμοφόρη νοσία, vel καρπίσιον. Nemo non cinnamonum præstare novit. Pro Neophyto tamen stat Galenus. Sed eo forte loco σάκχος Indicam nardum, ῥάβδος σάκχος lavendulam vocat. Videamus quæ Græci de nardo scripsierunt, ac primum de Indica Syriacave, mox de Celtica, dein montana vel cilissa, postea, de asaro. Agmen clauder phu. De lavendula, quæ pseudonardus est, lib. vi. cap. 11. egi. Νάρδος (inquit Dioscorides lib. 1. cap. vi.) ισι δύο γένη, οὐδὲ τὸ περιλατεῖται λιδίκη, ἢ ἡ Συριακή σάκχος τὸ Συριακόν ινέσιτη, οὐδὲ τὸ Συριακόν ινέσιτη, τὸ δὲ τὸ Συριακόν ινέσιτη, &c. Nardi duo sunt genera, una siquidem Indica, altera Syria nuncupatur. Non quod in Syria inveniatur, sed quod montis, in quo nascitur pars una Syria, altera Indos speget. Negat Garcias lib. 1. cap. 35, duo diversa nardi genera, sed tantum unum reperiiri, in tota India. Nec hoc dicit Dioscorides, sed pro solo natali viribus præstare. Indicum, quod in aquosis humidisque proveniat, imbecilliorem esse quam Syriacam, quamvis & hoc negat Garcias. Nomen hoc obtinuisse, inquit, quod in monte quodam reperiatur, cuius pars una Syria, altera Indos spectet. Fateretur Garcias in monte provenire, ad cuius occidentem sita est Syria, sed multis regionibus à Syria discreta; interponunt enim inter Syrios & Indos ha regiones, Arabia deserta, Persis, Carmania, Gedrosia, aliæque nonnullæ, quæ ultra quatuor mille milliarium continent. Mirantur doctiores, quomodo fieri potuerit Dioscoridem scriptisse provenire in monte, cuius pars una ad Syrios, altera pars ad Indos flectatur, & inde nomen Syriaci acceptissime: maxime cum Theophrastus dicit nihil odoratorum nasci in Syria, præter calamum & juncum. Docti Botanici à Syra stene regione, quæ ad Indicum fluviū est, potius Syrii nomen acquisivisse, quam à Syria existimant, quandoquidem, si Ptolemaeus vera refert, in India visitur mons, qui à Gange fluvio ad Syra stene extenditur. Veteres tamen codices omnes

*Syriaco* legunt, etiam Oribasius, Serapio, Isidorus, ceterique qui locum hunc Dioscoridis exscripterunt. Meleager antiquiss. Poeta *οὐεῖν* nardum vocat:

ταῖς ἀράβιαις συγκότεικα δικράνα τάξει  
οὐμοῦσιν ἐγενόμην δέ εἰπε αἰδίωμα.

Certe quidem *Et Syriam spicatum capillum habens*  
*ponito nardum*

*Hymnis cantatum celebratum Mercurii donum.*

Syriacam nardum dictam putarem, non quod in Syria nascatur, sed quod in Syriæ emporia ab Indis deferatur, & inde ad alias gentes, Græcos, Romanos. Sic myrrha Syriaca dicitur, cum tamen Syria non sit solum natale myrræ, sed Arabia. Syriacam dixit myrrham poëta, quod in Syriam deportetur. Stillabat Syria myrræ rora coma, Sic Romani calatum aromatum dixerunt Alexandrinum, quod ex Alexandria Egypti, Romanum velatur. Constat rheum Barbaricum dici, non quod in Barbaria crescat, sed quod à Sinenibus in Indiam, inde per Barbaricum finem aliasque regiones ad nos adferatur, sic fennam Alexandrinam dicimus, quod ab Alexandria petatur, cum tamen à Persis & alijs orientalibus eopportet. Eodem modo Strabo lib. xii. Cappadocicum minium Synopicum vocatum tradit, οὐρανὸν οὐσιωπήν διονυσιαγένειαν εἰωνον οἱ μποροι, τοὺς οὐ τοῦ Εὐφράτου ιαπόειοι, μίχητες οὐ οὐδὲ οὐ πρώτων δῆλοι. Sinopensis vocatur, quia synopam id sollebat ad uehementem mercatores, antequam Ephesinorum negotiatio, usque ad hujus regionis homines prorogaretur. Nascitur nardus præcipue in Mandou, & Chitor provinciis, regni dellii Bengala & Decan vicinis, juxta fluviū Gangem, & in aliis regionibus sata provenit, non enim facile sponte nascitur. Καὶ τὸ λεγούμενον συγκακῆς βελτιῶτερον, οὐ καφη, πολυπηγος (πολυπηγος vetus) Σαραγί τοι τοι κεδρον, ινδιος οὐται οὐ τοι τοι κυπετελέαντες στρογγυλοι, ημιερεστι τοι διδικη ιφεινοι. Ac in ejus quidem genere præstantior ea censetur, que recens est, levius comosa (latricoma vetus) colore rufso, per quam odorata, quæque prætor quam quod odore cyperum imitatur, brevem (densam vetus) habet spicam, gustu est amaro, linguanque maxime siccante, ac insua odoris gratia diuinæ permanet. Negat Garcias alteram altera præstantiorem esse, spicam habere alteram altera multo longiorem. Quod si altera melior sit, id evenire putat, quod aut à mari humore sibi ascito situm contrahat, aut senio suaveolentiam amittat, qua initio prædicta erat. Quod soli cœlique differentia plurimum non prestat, non facile nobis perluadebit Garcias. Vide caput præcedens, de amomo. Cæterum Galenus præferre Indicum Syriaco videtur. Lib. viii. Simpl. Ηχύγρια δισινηδινη, οὐτοτερησθεντη, μαλακέα τοι συστακῆς καλυμμητησθεντα. Valentior est vocata Indica, que nigror est quam Syriaca. Galeni sententiam probat Andromachus: Καὶ κασιλιον Ιδηνη βαδοις διδικη παρην.

Iam casia *Et nardus que extremis fertur ab Indis.*

Probat etiam Democrats:

Αδυκη πεπίσιον, Εργαρά, οὐσιηνδινης

Ναρδες σάχυοι, λιβάνιται, οὐ πεμπτηνη.

Album piper longum piper, nardi Indicae

Spica, *Et cerebinthina, thusque masculum.*

In altera etiam Theriacæ compositione scribitur, ναρδος τοι πίζειον τοδης. Præfertur recens, levius, comola. Adit Serapio pinguis, non video quomodo καφη οὐ λιπηρη. pingue grave solet esse, ευθητη exposui, colore rufso, talis vulgaris est nardus, vulgo flavo vertunt, qualis non est nardo color. Nigror enim, & rufa est. Ζαρδος nos semper flavum esse, alibi copiosius probavi. Suidas Ζαρδος non semper flavum esse, alibi probavi. Suidas Ζαρδος οὐ οὐ ποτηροι. Ζαρδος οὐ οὐ ποτηροι. Hesychius, Ζαρδος ποτηροι, ηλιδης οὐ οὐ ποτηροι. Plinius lib. & cap. xii. Syncerum quidem levitate deprehenditur, *Et colore rufso, odorisque suavitate, Et gustu maxime siccanteo sapore jucundo.* Qui nardum vulgarem perquam odoratam negant, veteratam & exoletam, aut corruptam oſſerunt. Odore, inquit cyperi, Barbarum ævum legit. Quod auctoritate Plinii defendunt, cuius in antiquiss. legitur codicibus: Frutex est gravi *Et crassa radice, hoc* nemo memorie prodidit & falsum est) sed brevi ac nigra (late sumi vox hac debet) quamvis pingui si sum redolente, (tale nihil Dioscorides) ut cypressi aspero sapore, (ita vetus codex, vulgo) ut cyperi, aspero jolio parvo densaque. Credo Plinium scriptisse sapore aspero, folio parvo densaque, Σταχυν. Magna est inter autores

quaestio, quæ nardi pars σάχυς sit. Quidam radicem esse affirmant, quidam negant. Qui radicem esse scribunt suā probant sententiam versiculo supra citato. Etiam ex Ægineta lib. 7. ubi scribit: Ναρδεσσαχυς. οὐ πίζειον τοδης παντει ποτηροι, οὐ ποτηροι δινησιον. Galenus etiam lib. 7. vires radicis explicat, tacens de spica. Εν τοι τοι διπλανης συγκειμηνην δικαιοιον. Ex his constans facultatibus radix. Huic opinioni faveat Arrianus in expeditione Alexandri. Εν τοι τοι τοι ποτηροι τοι ποτηροι οὐ πίζειον ποτηροι τοι τοι σύστομον, οὐ ποτηροι οὐδιγενης τοι ποτηροι. Habere præterea eam solitudinem magnam nardi odoratæ radicum copiam, *Et Phani-* ces quoque magnam ejus vim legiſſo. Galenus lib. xli. de antidot. cap. xiv. Εργεις οὐ τοι τοι τοι παραποτηροι. Ινδικην τοι ποτηροι κιλοις βαδοι, ηπιεις οὐ ποτηροι ποτηροι τοι ποτηροι, οὐ ποτηροι τοι ποτηροι, οὐ ποτηροι τοι ποτηροι. Iuber deinde Andromachus Indican nardum imponere, quāam ex eo qui spica figuram imitetur, nardi spicam nominant, quāam radix sit. Contra ex Dioscoride probatur spicam & nardi radicem diversam esse. Plures, inquit, habet spicas ab eadem radice tum co- mosas, tum fibi invicem convolutas. Hæc qui Dioscoridem de radice dixisse afferunt, nugantur: Latinorum, Græcorumve nemo σάχυς spicam pro radice posuit. Vide supra caput de allio. Arabes quoque non radicem vocant, sed spicam. Ipsi enim cembal Indi, spica Indica est. Hanc item quomodo dirimam, aut hunc nodum quomodo solvam vix video. In Indica nardo, salvo meliori judicio, spica dicitur caulinus, multis capillaceis foliolis obsitus, ad instar aristarum: nec de nihilo, aut immerito suo Græci antiquissimi, Romani, & Arabes nardo illi, spicæ appellationem imposuerunt. Radix quidem est, sed quæ caulinum è terra emitteat, aliquando plures ex una radice, capillaceis, densis aristisque foliolis vestitos. Garcias loco citato testis ocultatus: Certe, inquit, radix est, spargens supra solum brevem virgulam, seu caulem circiter tres palmos longum,

Spica Nardi.



cum longissimus, atque alias insuper virgulas multo breviores, in summa radice spicæ producuntur, item aliae per virgulas, tali enim modo venditur in Camlayele, Asacate. Duas adjeci nardi icones ad integrissimæ & selectissimæ, quam apud seplasarios invenire potui formam. Hac de causa Philo Judæus, Ποτηροι ποτηροι dixit:

Δραχμην Ε πίζειον Φαρενημον οὐ αἰτητη.

Χαρδη, ο τοι Βιον, Ζηνη λοχδοσταθροι.

Et drachmam radicis, que nomen habet non respondens

Rei, quam aluit locus, qui Iovem Pisæum produxit.

Meritem hujus versiculi, an recte percepit Galenus videndum. Αἴσιοι βαδοι, οὐ ποτηροι ποτηροι, οὐ ποτηροι

πάχεις ἐνομάζεται, ναθεῖται. Βέλεται τοι αὐτὴν ἔργα Κρητική, ἵνα  
φησιν η αἰτίας τοῦ κώνου ὁ τοῦ πίτης (υψίγο πίτη) Ζῆτα λοχι-  
στικόν θά. Ιενεῖδη τοι διὰ φαστού εἰ μνηδόρεις τοῦ πικτούς σὸρος σο-  
κεργάτη τοῦ θύραντα πρωτόβρυτος ὡστὸς μητρὸς βίας, ὅπως μὲν εἰσ-  
τος ωστὸς τοῦ πιτητοῦ Φέρροις κατέβασθαι, οὐσιεπίκης εἰδεῖ τοῦ διὸ τοῦ πι-  
τοῦ (sic legendum, Stephanus εἶδε πολλῶν. πιτος καὶ κρητ-  
ῆς Ολυμπίας. Εἴ ποτε χάλεπον σὺ φέρεις θύραντα, Εἴ οὐ-  
λικηπτικῆς αἰγάλων τελείωτα) αἱ τελείωσις πολλοῖς τῷ Κανθαρίνης σύ-  
το διώλιγεται, αὐτὸς τοῦ σι περισσοῦ πεπλακτοῦ, μὲν τίνι σὸν Εφίσιον  
αἴρεται, μὲν τοῦ εἰ δελφικῶν δοτούματος, μὲν τοῦ εἰ πλαστοῦ πορεύεται. Εἴ τοι  
εἰδεῖ τοῦ Κενταύρου χάλεπον, αὐτὸν τοῦ προδοτοῦ τελείωτα φασίν, οὐδὲς δὲ  
πιθανός φίστεται. οὐ τεταύρος τοῦ διότοι. Πιτητοῦ διότοις αὔραμψαν λαζαρού-  
σιν. Quin et nardi ipsius draconem unam conscientiam  
senset, quād radicem falso dictam appellat, quandoquidem  
spica nardi vere nominatur; vult autem eam Creticam es-  
se, cum ait ab ipsa terra Piseo, que Iove clara manet.  
Quandoquidem fabularum scriptores, Iovem in dicto  
Crete monte educatum ajunt, occultatum ibidem à matre  
Rhea, ne εἰ ipse à patre Saturno devoraretur. Apposuit  
autem epitheton Pisei, quemadmodum multi etiam extra  
poeticam, in communis sermone dicere solent, per Esculapi-  
um Pergamēum, per Dianaē Epheſinam, per Delphi-  
cam Apollinēm, per Eleusiniam veſtām. Quidam vero non  
Creticam terram sed Indicam indicaram esse ajunt, ex qua  
ebur adfertur, ex hoc enim statuam Iovis in Piso factam ac  
formatam esse. Non itaque ignoravit Galenus Indicā in-  
telligi, nec de Cretica nardo Poëtam loqui. Verus ver-  
ficiūlī sensus hic est: Jovis Pisēi statua facta, ex ebore  
à Phidia, mirtit India ebur, ex quo formatum est Jovis  
idolum. Terraigitur, quæ Iovem Pisēum, hoc est ima-  
ginem Jovis fabricavit, eadem quoque nutritivit πίτης  
ψελδόνυμος, quæ revera radix non est, sed spica. Hic ver-  
ficiūlī sensus: Falluntur, qui radicem intelligere Philo-  
nem existimant. Λαζαρος dixit, quod radicem plures  
vocarent, cum revera non esset radix. Plinius loco ci-  
tato, *Cacumina in aristas se spargunt.* (Doriss. Salmathius  
cacumina aristas legit) ideo gemina dote nardi spicas ac  
folia celebrant. Inter eos est Plinius, qui folium mala-  
batri, nardi putarunt. De isto errore alibi. In cacumi-  
na, inquit, aristata folia, siue aristæ se spargunt ac di-  
vidunt. Ovidius de Phoenice:

His addit teneras nardi pubentis aristas.

Aristæ hæ in nardo sunt ipsa folia, quæ admodum tenuia sunt, & in acumen definunt, qualia Græci vocant, τεχισφυλλα, properæ que nardi caulis spicæ homen invenit, inde Meleager *ταχισφυλλαν* nardus dixit. Contra urgent diversam esse nardum & spicam, quod lib. & cap. citato in compositione ad colicum dolorem ab Apollonio descripta, ingrediatur & nardus, & spica. *νέρδης* L 3 καρπέλης — *αὐτοὶ οὐ στάχυν* αὐτὰ L γ. Responsio facilis, priori loco intelligit nardum celticam, posteriore Syriacam. Pergit Dioscorides: Τός οὐτοὶ ἀνθίσαις οὐ μή τις λαζατης γαργατης, δέοτο ποταμοῦ παρβίσαις Σέρρους γαργατην καλυμμιν, πινούσι θύεσαι, αδιστοτικη καὶ δύναμιν ποτε, Αλφοὶ τὸ φύλαπτοῦν τοπον εἶναι, καὶ ἴππονεσερα, τολείνων τε ἔχοντα τοις εανισ, δέοτο τοις αυτοῖς πιλας, καὶ πλανκούμενοι καὶ φέπετολεσθεγμίνεις, βρεγμαδην καὶ τὴν οδικήν. Οὐ οὖτοντερετερον *vetus codex*, καὶ μελιστερον, cui lecturei adstipulantur Galenus 8 simpl. & Pau- lius cap. de nardo stachini. Ιδούθε δέ τοι, κολαβόνταχος, καπετεροτε καὶ τοις ιναδασ, ἔχοντα τοις τα αλλαζοντασ τοις περὶ Εἴη Συρακού λιγνατην, καλεῖται οὐ τοις οὐ σαμφατεπτη, οφόδρα καλοθη, δέοτο χρεοίς απομασμένη, μεγαλοσταχον, λαμπτερον καυλὸν, δέοτο μετονοματητη, ταῖς τε περιζούσα τη δύναμιν, οὐ δέοτο απειλεθερη, πιντακοτερον οὐτοῖς δόπτερερητην, οὐτοις καποκτεται, οὐ δέ πεικον εἰσαι τοις τοις καὶ αύκηνοις, οὐ μὴ ἔχειν τοις χνέν, διλιζεται οὐτοῖς ειφοντετες θύμηι μετ' οὐδατον οὐδὲν φαινονται, επεις τοις συμπιλέθειαι ξυτοῖς καὶ βαρύτερον γενεθαι. Επιτοις οὐ τοις καρειασ παφαριν δεῖ, ει κατεστη τοις πιζασ πηλοσ καὶ οὐδεν καρειασ τοις πηγοστοις, δέ τοις γενεθαι εις καρειαστερον. Ex Indicæ vero nardi generæ est, que gangetica dicitur, à fluvio quodam Gan-ge nominata, qui mons est, ad cuius radices ea nascitur pre-terfluit. Hec viribus est inferioribus, quod aquosum in lo-cis proveniat. Est qui procerior, atque complures habet spicas ab eadem radice tum comosas, tum sibi invicem cir-cumvolutas, virusque redolentes. At que in editiore montis parte legitur, odoratior est, pusillaque habet spicas, jucun- dumque cyperi odorem amulatur, ac cæteras in se habet do-tes, quas & Syriaca cognominata. (Hæc omnia partim hoc capite, partim supra de amono sunt examinata) Et & quadam cui samphariticæ nomen à loco inditum est, admodum pusilla, attamen magnas habens spicas, inter tuos medium interdum prorumpit caulis, candidior & su-

pra modum hircum olens ; hanc damnare in totum oportet. Hujus meminisse videtur etiam Plinius loco citato. Alterum ejus genus apud Gangem nascens, damnatur in totum, zēnitidis nomine, virus redolens. A gravi odore nomen traxisse videtur. Voces φύδρα κολυθή, aliter atque aliter interpretantur, superflua puto tum quod in Oribasio non reperiantur, tum quod uno quasi halitus dicat Dioscorides, φύδρα κολυθή, & μεγάλοστενος εἴη τοιούτης quæ quodammodo contraria sunt. Non est pseudo nardus gangitis Dioscoridis, quam Penæ & Lobelius eo nomine ostendunt. Odore enim caret ea planta. Dioscorides nardum hanc samphericam supra modum hircum olera scribit. Venditur & made facta; quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida sit spica, squalida, nullaque obsita lanagine adulteratur inspirato stibio cum aqua, aut vino palmeo, quo videlicet magis compacta ponderosiorque appareat. Tale maleficium, quod sciam, hodie non committitur. Indiae regiones magis nocte nobis cultæque sunt<sup>1</sup>, quam veterum fuerunt temporibus. Si quod lutum radicibus inhaeret, id ipsum usus tempore auferre oportet, & pulverem cibro excernere, qui ad eluendas manus accommodatur. Garcias loco citato: Invenitur interdum sordida, & pulvulenta, villis ipsius plantæ in pollinem redacta. Emitur tamen ab iis, quos dxi mercatoribus, & eo pulvere manus eluere intelligo. Ad nos non tantum spica, sed etiam capillares illa fibrae, quas radices vocant, festucæ, & ipsa folia afferuntur. Ima radix schoenanthi exili & arido stamine à radicula, five torulo exit, cui innascuntur spicatae comæ, confertæque generationes, quasi per cirros, torulos nucleosve distinctæ, & conflatae capillamentis, ut in Meo, è quarum spatiis mediis emergunt nonnulla juncea folia, marinæ algæ modo, tametsi minora multo. Et hæc de Indica, Syriacave nardo. Celtica sequitur, hanc Dioscorides cap. vi. describit: Ή δὲ Κελτικὴ ράγη οὐκτοτε μείνει τοῖς Κέλταις, ἀλλ' εἰς ιππικούς ὄρουσσον αὔξενη, γεννατος οὐκ εἴη σπέρμα. Celtica nardus quidem nascitur in Liguria alpibus, vernaculo sermone Aliungia dicta, sed & in Istria provent. Celtica dicitur à solo natali. Celtas tam Germanos, quam Gallas vocari, in Germania educati scribunt. Geographorum si sequamur scripta, Gallos Celtas dictos apparebit. Ptolemæus enim Celtas habita- re inquit, inter Garumnam & Sequanum fluvium. Idem Mela lib. 3. idem Plinius lib. 4. cap. 17. Galliz hæc pars Lugdunensis vulgo dicitur. Sed nolim ego contendere Celtas non esse etiam Germanos dictos. Notissimum enim nardum hanc in Austria, Stiria, Pan- nonia, Norica, & alpibus Helveticorum, quæ Germanorum regiones sunt, provenire. Liguria, Italiae re- gion, pro majori parte montosa, inter aunes Varum & Macrum, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tusciā attingens, cuius caput est Genua. Ab incolis αὔξενη dicitur. Depravatum hunc Diosco- ridis locum interpretes omnes asserunt. Goupilius in utroque libro manuscripto αὔξενη scriptum inquit, legendum tamen αὔξενη existimat. Hanc opinionem probant Cordus, Ruellius, Lobelius; putantque esse Virgilii saliuncam, cuius ecloga 5 meminit:

*Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ*

*Puniceis humiliū, quantum saliuncarosetis*

*Iudicio nostro tantum tibi cedit amyntas.  
in lib. vni cap. iii. Salinca felicita.*

Plinius lib. **xxi.** cap. **vii.** Saliuncam jojosa quiaem est,  
sed brevis, & que nec nisi non possit. (In altero codice teste  
Pintiano legitur saliuncam folio quidem subbrevi, &  
quod nec nisi non possit) radici numerose cohæret, herba  
verius quam flos, densa, veluti manu pressa, breviterque  
cespites sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Al-  
piumque aprica urbium ephordia, (eporedia) tanta suavi-  
tatis, ut metallum esse ceperit. (id est vestigial. Etenim in  
vestigali & reditu publico censebatur, non aliter  
quam metalli fodina. Alii tamen, nec sine causa codi-  
cem depravatum existimant. In aliis enim Plinii co-  
dicibus melatum legitur, pro quo mel atticum resti-  
tuunt, cuius cap. x. ejusdem meminit libri.) Vestibis  
interponi eam gratissimum. Saliuncam Plinii, nardum  
Celticam esse, his fere argumentis probant, quod in  
alexipharm. Dioscoridis legitur cap. **xix.** de Pharis.  
H. Σμύρην ἡ τάραδι Κελτική δὲ ινοστρέψις ιγαντεῖς. Verum  
apud Aeginetam, ubi locus hic legitur lib. v. cap. **iiii.**  
scribitur. H. οὐιέν. τάραδι Κιλικίαν ἡ τιμη ιγαντεῖς δὲ  
ταραδοσάχυτοι. Utrobique αἰλέγονται, vel οὐαίλεγον resti-  
tuendum

tuendum viri docti scribunt (nam citra sigma aspiratum satis exprimit latinum salianca) & apud Aeginetam pro *salix*, *salix* restituendum. Celtica enim nardus salianca dicta, teste Dioscoride, lib. I, cap. vii. Scribonius cap. cxcv. *Adjuvantur vero laeti ab eo* (Pharico) *salianca, id est nardo sylvestri, quam plurima ex vino sepius data.* Non tamen tacendum, adversus Pharcum à Nicandro nardum prescribi Cilicie radicem, quomodo etiam apud Dioscoridem lib. 2. *et iuuenientem* legitur cap. cxlvi, *καὶ δοκεῖ οὐτις σύρην.* Alterum argumentum addunt, quod paucim apud Germanos in Pannonia, Istriaque, ubi copiosissima Celtica provenit nardus, *seljunc* vocetur, quod Romani saliuncam verteunt, seljunc juvenalem ionat animum. Gallis maximeque Vallesiis *Selliga* vocatur, quod idem ac si saliuncam dixeris. Accedit quod nardus Celtica optimè cum descriptione à Plinio data conveniat. Contra alii *gallina* legendum contendunt hanc suam lectionem auctoritate Oribasii confirmant. Addo auctoritatem Andromachi, & Galeni. Andromachus enim in Theriaces compos. canit: *Καὶ νάρδος γαλατίου, ἢ ἐγχέιται αἴρετο.* Ad hoc carmen Galenus: *Νάρδος οὐ Εργέτης ἵμενος δούλος ὁ Αγρόπεπανθός, οὐσίαντος τοῦτον τὸν πάντας θεῖον, καλπάνην ὀπομέαθοι. συγχέινται γάρ πάντα τὰ τρία πεντε διόποια τοῦτο ιδεῖ θεῖος Φιλόμων τὸν καλπάνην γάρ πάντας θεῖον οὐδὲν γαλατίου, οὐδὲν δὲ γαλλίου, συντίθεται δέ τοι τῶν κατατηνόμενα.* I.e. Nardum ab hoc Andromachus commen-  
rat, quemadmodum ipse scribit ex Gallia petitum, quam re-  
gionem orbis terrarum periti, Celtican frequentem appellant, tria nempe nullo discrimine vocabula sunt, & eos pa-  
pulos quidam Galatas, aliqui Gallos, quidam Celtas nomi-  
nant, sed usitatus apud eruditos Celetarum nomen legitur.  
Prior tamen sententia verisimilior, idque quia Celtica  
nardus *σαλινγκη*, *vulgo selliga* & *seljunc* ab incolis vo-  
cetur. Quod negant saliuncam Plinius, & Celtican  
nardum eandem plantam esse, idque quod Plinius di-  
versis in locis, de utraque egerit, nullius momenti est.  
Nec ramen Plinius idcirco debet erroris infimulari,  
quod de herba eadem diversos auctores secutos, variis  
nomenclaturis, & duodecimo, & vigesimo primo vo-  
lamine tractarit, maximè cum scripta sua, multis au-  
ctoribus accepta, quorum retinuit nomina, ferantur,  
que non pugnare quovis modo, sed posteriota disiden-  
bus tantum vocabulis, priora firmare conspiciuntur.  
Namque & classici scriptores persépe rem eandem  
variis appellationibus prosequuntur. Qui in contraria  
sunt opinione, causantur, saliuncæ notas, Celtica nardo  
non responderé, cum ex historia Dioscoridis nardus  
oblongis sit foliis, luteo colore floreat, & in caules  
erigatur, saliuncæ foliosa quidem sit, sed tam brevis  
ut coronamentis inseti non possit, herba verius, quam  
flos & cespae sui generis, illa in Liguriæ alpibus, hæc in  
Pannonia & Noricis nascitur. Sed oculati testes ostendunt, nardum Celtican foliosum esse cespitem, humili-  
que procumbere, in Alpium apricis inveniri, & Norico,  
quod non longe abest. Quin etiam nardus Pannonica  
plane eandem formam habet, quam ea, quæ in Liguriæ  
alpibus invenitur. Falluntur, qui Dioscoridem in  
specie errasse scribunt, quum Celtican nardum ab Al-  
pinis populis, apud quos nascitur, saliuncam vocari  
dixit. Falluntur inquam nec parum à vero absunt,  
Celtican incolæ vocant saliuncam, non montanam,  
nec montanae folia brevia, sed longa satis magnaque,  
eryngio similia esse dixit Dioscorides. Addo monta-  
nam numerosæ radici non cohærente. Majore tamen in  
errore est verus glossarii auctor, cum saliuncā exponit  
*κυνόεδων*, & *κυνόεδων*, atq; etiam *λαβυνέδων*. Ex verso Vir-  
gilii id hario latum est, quo puniceis rosis humiliæ saliuncā  
in comparatione multum cedere dixit. Hinc saliuncam  
pro rōla agresti, quæ album sustinet florem, accepere,  
quæ dignitate multo infra rosam puniceam est. Sed de  
his haec tenus. Enī δὲ θεοφάνεια μηχανὴ σὺν τοῖς φίλοις εἰς δί-  
ομας ἀναλαμβανόμενης χειροποιηθεῖσας. Τοιούτης φίλας ταῦτα  
(verus & Oribal. *επιμήνην*) ψεύσασθαι, εἰ δέ μηλον. Est vero  
brevis pusillusque frutex, qui cum radicibus in manuales  
fasciculos colligitur, foliis subflavis, flore melino. Negant  
viri docti, nardum Celtican qua vulgo utimur esse ve-  
terum, quod herba sit pusilla non frutex. Contrarium  
oculati omnes testantur. Cauliculum enim fert geni-  
culatum, firmum, in plures alias divisum. Nec Diosco-  
rides dixerit, sed *μηλον* dixit. Alibi etiam dixi, veteres  
non tam exacte observare definitionem fruticis, arbo-

ris, herbae, sed alterum sàpē pro altero sumere. Sic  
ligustrum, lentiscum, ricinum arbores dicunt cum nihil  
minus quam arbores sint, præcipue ricinus. Anagallis,

### Nardus Celtica.



mercuriale, sion, peplin, polygonatum, *cneumina*  
sylv. infinita alia frutices dicunt, cum revera herbae  
sint. Recte nardum *σαλινγκη* dicit, quod cauliculum  
firmum, durumque habeat, qualem non habet, paro-  
nychia, nec polygonatum, mercurialis. Hodie etiam  
mos ille colligendi obtinet in manuales nempe fasci-  
culos cum radicibus. Foliis est satis crassis, succulentis,  
oblongis, in latitudinem sese laxantibus, colore cum  
primis emergunt viridi, deinde sub autumni initium  
aut æstatis finem flavescent, & tum colliguntur, ac  
per totum terrarum orbem mittuntur. Gustum habet  
amariuscum. Flosculo est melino, id est, colore è lu-  
teo pallido. Male ergo luteo vertunt. Talis enim flos  
non est, nec hoc est *μηλον*. Mēlon δὲ τὸν καρδιᾶν ιατρὸν τὸν  
πίλων ἡ ἔρηνος η διώδεια. οὗτος δὲι πάσας προσαγαγομένης  
οὐδαμῆς δέσμους η καλέσσεται τὸ μέντος, η δένειται ηδαφες  
τοπεῖ, προσποντεῖς καρποῖς, τῷ δὲ οὐρανοῖς καρποῖς, & τῷ οὐρα-  
νοποντεῖς τῷ αχυροῖς η πλαστικῇ τὸ ιππεντον, Διη τῷ οὐρα-  
νοποντεῖς ιππεντον. Caulium & radicum duntaxat usus est,  
& odoris suavitatis, quare pridie aspersos aqua fasciculos,  
amoto terreni si quid inhæserit in humidiore solo, supposi-  
ta prius charta, imponere oportet, ac postridie repurgare, si  
quidem utile cum acero & alieno minime propter hu-  
moris vim excutitur. Caules rarius ad nos adferuntur,  
& si quandoque adferantur, non sunt tam aromatici,  
ac radices. Folia vero cum radicibus adferuntur. Hinc  
speculatores quidam argumentantur, vulgarem Celti-  
can nardum aliam ac diversam esse ab ea, quam Dio-  
scorides descripsit, quod inter tot acervos, inquit,  
manipulorum, nec caulis, nec flos ullus appareat. Cau-  
lem habere oculati omnes testantur, Cordus, Mathio-  
lus, Clusius, Lobelius, &c. Palmaris est, aut dodrantis-  
lis, satis firmus, ut in minoribus Valerianis, genicula-  
tus, bina ad singulos nodos inter se oppoita habens  
exigua foliola, cui circa summum ex singulis alis, ena-  
scuntur pedicelli, binos aut ternos flosculos sustinen-  
tes. Caulium, inquit Dioscorides, usus duntaxat &  
radicum, Galenus lib. vii. *μηλον* τιττεις cap. ii. flores  
præscribit in terra Andromach. stomachica. *Συμβολη*  
*L* à *s*, *τάραδες* *καλέσσεται τὸ ιππεντον* *L* à *s*, *τηνις*. *L* à *s*, &c. Ex his  
concludi non potest, nardum quo vulgo utimur, non esse  
veterum, experientia tandem incolæ didicerunt, radi-  
ces odoratores esse, & ideo caules, floresve abjece-  
runt, nec colligerunt amplius, maxime cum à medicis  
in

in usum non reciperentur. Odoris suavitatem summam habet circa finem Augusti, aut initio Septembri cum folia flavescentia incipiunt. Contra cum primum erumpunt, viridique sunt, odore omni carent, nec tum in usum recipi debent. Obodoris enim suavitatem commendantur partes jam memoratae. Ex Judenbergenium alpibus rusticis innumeros fasciculos comportant, quibus magnos admodum saccos replent, & mercatoribus vendunt. Sed modum colligendi, ac repurgandi, quem Diosc. prescribit, non observant, multum saepe terreni, lutique adhaeret, & quo non seplasarii, sed pharmacopœi diligentiores purgant nardum. Plinius loco citato: *Gallicum & cum radice vellitur abluiturque vino (aqua) Diocorides, & hoc verisimilius) fiscatur in umbra, alligatur fasciculis in charta.* Quæ non est mens Diocoridis, non enim fasciculi in charta alligantur, sed aqua conspersi, ut si quid terreni inhæserit, decutatur, in solo ponuntur, substrata humidis charta. Non ergo recte perpendit mentem Diocoridis, nec verba ejus recte expressit. Pergit Diocorides: *Δούλαξτη ἐσυνεποπλωνταις αὐτῇ πάσαις τριφύραις, ἢ Δέρο τὸ οὐδὲ την σύντηλα βρεγματίδες, τριφύραις ηστοις, ινχεῖς ἢ τιτζινων. ἀκανθοὶ γαρ εἰνὶ πάσαις, καὶ λόσιον παρὰ τὴν ἡπτοντα παραβολὴν τῷ φύλακα ἵκει, εἰ δὲ τῷ πίζει παραβολὴν ἀρματιζονταις αὐτῷ τῷ φάλακρῳ ἵκει.* Adulteratur vero herba persimili, que una cum ea vellitur, quam propter virosum odorem, hirculum nominant. Facile verò est hanc ab illa internoscere, quandoquidem herba est sine caulinulo & candidior, minusque oblonga habet folia, quin neque radicem amarum neque aromaticam, quemadmodum legitima nardus. Plinius loco citato. *Cum Gallico nardo semper nascentur herbi, quæ hirculus vocatur, à gravitate odoris, & similitudine, quæ maximè adulteratur.* Falsum est quod scribit seni, per cum nardo hirculum nasci, nec hoc dixit Diocorides, contrarium etiam docet experientia, raro siquidem cum nardo reperiatur. Dicitur, inquit Plinius, quod sine caulinulo est, & quod minoribus foliis, quodque radices neque amare, neque odorant. Si non odorante quomodo hircum olenet odore que virosum habent. Sed odoratum interpretare in bonam partem, nempe jucundum & aromaticum, ut dixit Diocorides. Hirculum primus descripsit Clusius lib. I. cap. xxxii. in comm. ad Garciam. Plantula est nardo similis, candidior tamen, & veluti ex viridi cinerea, sine caulinulo, minoribus brevioribusque foliis, villosa admodum secundum radicem & nigricans, nulla odoris jucunditate, folia præmansa nullum aromaticum saporem reddunt, sed lenta & viscida sunt. Hirculum me bis terve inventisse Amstelodami memini, inter aliquot nardi fasciculos anno 1627. & 1628. *Αποκείταις εἰ τὸ καυλίταις τοῦ πλεύτος, τὸ δὲ φύλακα ρίψις, εἰ βελεῖσθαι ἀποτιθεθείη αὐταλαμβάνεται λέπαια ὥρα τοῦ πολεύσας αὐτῶν στοιχείων, φύλακτος εἰς στρατιον αἴγαρος, καὶ τοῦ πολεύσας εἰπεῖν.* Itaq; abjectis foliis, caulinulos radicesque seponito, ac siquidem ad usum reponere volueris, tritos vino excipito, tandemque ex iis concinnatos pastillos fistili vase novo, ac diligenter operculato reserua. In pastillos redigebatur celtica nardus, ut vires ipsius, quæ alioquin facile, & celeriter exhalant, diutius integrè serventur, id eoque & vinum addebant. Hodie non formantur in trochilos, nec opus est, recens enim admodum quotannis haberi potest, statimque usurpari, vel in pixidibus ita servari, ne aer externus laedere queat. *Αετοὶ δὲ εἰνὶ τοῦ φαραγγοῦ εἰ σάδης, πολυόρροος, σὸν ἴνθρον πτεροῦ, μήλης.* Optima vero constetur, que recens est, & odorata, radicosa, plena, minimeque fragilis. Odorem radicum sylvestris valerianæ æmulatur, vel potius asari. In nonnullis codicibus βαθύρροος legitur, profundas, altas radices habens. Sed cum plantæ hujus natura, lectio hæc non convenit, nec eam fecutus est Oribasius. Qui lavendulam afferunt nardum Celticam esse, plane falluntur. Nardus Celticæ folia fert subrubea, vel flavescentia, lavendulæ incana sunt. Nardus celtica flore est melino. Lavendula spicam fert è cæruleo purpurascensem. Nardi celticae caulis & radix usum habent. Lavendulæ flores in usum recipiuntur, radicemque planè in odoram, usiisque ineptam habet. Et hæc de celtica nardo. Sequitur montana, quam his verbis depingit Diocorides. *Οὐ δὲ ἐγενὴν ταῦταις, ταλαντίναις οὐ τούτοις πάνταις, θυλακίταις ηστοις, γανάταις καὶ καλακίταις ηστοις.* Nardus montana, que à quisbusdam thylacitis & neris appellatur in Cilicia & Syria nascentur. Montana dicitur, quod in montibus proveniat. Θυλακίταις dictam volant, quod olim ex Cilicia Syriave coriaceis sacculis, quos θυλακίταις vocant, ad exteris portaretur. Hesychius: θυλα-

κίταις, θυλάκιοι τοις φίλοις τοις πάνταις, η πάροις. Sed verisimilius est, sic dictum esse, quod radicem habet saccus instar (solam enim radicem commendat Nicander, quam θυλακίοις vocat) Galeno πηπίν dicitur, vel μῆλον à dolii quadam forma, non ut vulgo legitur, μῆλον; quod in sacrificiis ignibus propter jucundum injiceretur odorem, & hinc quidem nardum hanc spicam cilissam poetarum putant, cum nihil habeat, quod spicam æmuletur, aut imitetur. De croco intelligendus versus poetarum. Vide cap. de croco. Πηπίν dicitur, quod peræ effigiem præ se ferat radix. Sic papaver sativum Diocoridis. θυλακίταις Nicandro in Theriaca θυλακίταις vocatur:

Μηδὲν περιθεται εἰς θεριάσιον τοις μηκούς  
Θυλακίταις η μητηλες ιπποτοις μηκούς μετει.

Sed neque multos rubes gerens pulibata, sopori serumque papaver  
Thylacis aut epithelis ab his seclusa recedant.

Papaver θυλακίταις dicitur, ut suo loco probabitur, quod sacculo simile caput habeat, nardus montana sic dicta, quod radicem sacculo similem habeat. Testis locuples Scholia festes. Καὶ θυλακίσταις, τοῦτο τὸ ιπποτοῦ θυλακίθημα, ιών οἱ (sic legendus locus hic vulgo θυλακίσταις τὸ ιπποτοῦ θυλακίθημα). οὐκανθίσταις οἱ εἶπεν εἰπεν διοτοῦ τοῦ ιπποτοῦ θυλακίθημα. οὐκανθίσταις τοῦ εἶδε. Θυλακίσταις dixit, quod sacci figuram præ se ferat. Epitheton illud verisimile admodum habet à radice. Formam enim saccosam habet hujus nardi radix. Versus iplos videamus Nicandri:

Αἴδεν σὸν πολέμονι πόρον σαδίλον ιπποτοῦ θυλακίταις  
Πίγαδα θυλακίσταις οὐαίσιον, τὸ τεκτονοῦ  
Πέρονος άλαθειτον τοῦ οὐαλημενούσατο εἰπε.

Contra, hoc emulsa certo da pondere nardum,  
Scorteus antiquum cui nomen sacculus indit  
Quam cylices edant prope Cestri summa monter.

Σαδίλο vertunt certo pondere, alii σαδίλο poetam dixisse malunt, quod σαδίλο κατονι, Callimacho tunica recta, σαδίλο κατονι dicitur, οὐ πολέμης inquit Suidas) similis sit. Ita dicitur tunica, que non cingitur, & sacco proinde similis est. Nam quæ cingitur in medio, ubi cincturæ locus est, ad corpus premitur, & figuram sacci perdit, quæ recta est, & æqualis, parque libi in imo, & summo, & medio sui. Inde, inquit, οὐαίσια θυλακίταις eandem vocavit, alio loco non à pondere, ut vulgo nūganturn interpretes. Quid si οὐαίσια, & σαδίλο, dixit quasi robustam validam compactam, probatam veller accipi nardum. Et sic ιπποτοῦ antiquus Græcus scholia festes exponit. Ad hunc versum in Theriaca: *ιπποτοῦ ιπποτοῦ θρακίκηστοις οὐαίσιοι.* Interp. tum nardi drachmam pulchra nitentis arista accipe. Ad hanc locum vetus interpres ιπποτοῦ οἱ τοῦ ιπποτοῦ θρακίκηστοις οὐαίσιοι. ιπποτοῦ οὐαίσιοι οὐαίσιοι θρακίκηστοις οὐαίσιοι. Id est, probatæ nardi drachmam posuit, ιπποτοῦ ipsam dixit quasi corroborativa, probatam, scribitur etiam ιπποτοῦ bene spicatae. Quam lectionem interpres sequitur, sed tum de Indica nardo capi versus hic debet. Et quid prohibet, de ea accipiamus. Latini hanc nardum montanam Orci tunicam vocant, & eleganter, quod radix, quæ sub terra est sacci instar, vel tunica sit. Tunica qualē gessere Romani fine manicis, ejusdem ferme cum sacco figuræ; colobium vocarunt. Hieronymus tunicas lacineas & saccos vocat, quibus operiebantur monachi in Ægypto. Ruffinus tunicas monachorum quasi saccos lineos esse dicit. Videt lector unde nomen illud acceperit. Falilitur Servius, quod saljuncam orci tunicam dictam scribit. Saljuncta, inquit, herbæ genu, quam orci tunicam vocant. Celtica nardus saljuncta est, montana orci tunica. Nisi placeat orci tunicam dictam saljuncam, nardum celticam, quod integros cespites tegat, occupetve serpendo, & late summa tellure se se inter Muscum diffundendo. Eodem modo, quo nostriates herbam Gerardi *Dubbel's bintgaeren* vocant. Id est *diabolus funiculum*, quod longè lateque per hortos serpat, adeo ut non nisi maximo labore extirpari ac evelli possit. Ut ut sit saljuncta non est montana nardus. Eryngii foliis est nardus, per brevibus saljuncta, Nerim appellari dicit. Ex hoc loco Theophraesti codicem correxiimus, ubi *μῆλον* vulgo legi-

tur. Requæ doctiss. Gaza corrixi, ut ex hoc Diocoridis loco palam sit. Apud Nicandrum neridos fit mentio in Theriacis, sed an intelligat montanam nardum, an rhododendrum, in dubium vocari potest, Νέριον, πηγανόντι, τεθεὶς ἐν δέσμῳ θύμβην. Nerimque & late ducentem germina rutam, surculus addatur Thymbra. Cur dubitent intelligi an debeat rhododendron, facit Dioscorides, qui lib. I. Alex. cap. I. ubi præscribit adversus morsus venenatum rhododendrum. Νάρδος καλπα, χαρόσαν, ταρπυνοῦ κλωττὸν ἴντεραιν, μέσης οὐλημένης ροδοδινῆς αἴθου, σημεῖον κυλοῦ. Rhododendri florem à Diocoride adversus venenatum morsus præscribi lib. IV. cap. LXXXII. negari non potest. Sed non sequitur, νέριον & νέριον eandem esse plantam: nec unquam putarim, plantæ lethalis flores à Nicandro adversus venena præscriptos esse. Φύλλαν καλπές οὐσια ἡρυγγία ἵχυτα, μικρότερος μὲν ( μελακότερος vetus ) & μὲν τερψκήτα καὶ ἀκρητικὴ μέγετος μέτρου, ινάδες, δύο οὐρανοῖς τολμεῖς, απότελος φύλλων, ισχυρότερη καὶ μικρότερη τολμηρή. Στενά καλπά, εὖτε καρπόν, εὖτε αἴθο φίσαι. ποιῶσιν δὲ τὰς τοιούτους καλπάς ταρπυνοῦ. Foliis & caulis eryngio similibus; sed minoribus, non tamen asperis & aculeatis, radices subjacent, nigrae, odoratae, binæ pluresve, ceu hastulae regiae, sed graciliores, longeque minores, nec caulem nec florē; nec fructum ferunt. Valet ad eadem omnia radix ad qua & celtica nardus, Quæ à Recentioribus pro nardo montana ostendit planta, optime conveniret, si folia paulò magis similia forent eryngio. Botanici tamen exercitatiſſ. hanc pro nardo habent: nec moventur quod folia non sint tam exacte similia eryngio, dicuntque Diocoridem eryngio comparasse, quod non veniret in mentem planta, cui folia nardo similiora essent, vulgarisq; notitiae sicut eryngium, nec hoc tantum verum, sed & magis eryngio similia ferre folia dico, nempe cum primum è terra prodeunt. Vide cap. III. lib. VI. ubi eryngii delineationem dedimus; nec hæc comparatio insolens Diocoridi. Iberidis folia lib. I. cap. ult. nasturtio comparavit. Iberis tamen postquam emisit caulem, nullam cum nasturtio habet similitudinem. Smyrnii folia apio similia dixit lib. XI. cap. LXV. atqui ea tantum, quæ radici proxima sunt, apium referunt, nam quæ stolones circumdant rotundantur, nullamque præse ferunt divisuram, ac aristolochiæ magis similia sunt. Diocoridem non usq; adeo aptas aliquando similitudines sumpsisse, multis posset probari

## Nardus montana.



argumentis, antyrrhino foliis anagallidi similibus lib. 4. cap. 133. dixit. Aptius Plinius lino comparavit, ci-

curæ folia serulæ tribuit lib. 4. cap. 79. Plinius multo rectius, vetiusque coriandri foliis dixit. Thymeleam folia chameleæ ferre dixit lib. IV. cap. CLXXI. Meliorem similitudinem à lino petere potuisse, cum itaque planta, quæ pro montana nardo ostenditur, & folia ferat eryngiò primo è terra prodeunt similia, cur pro ea non haberem, maximè cum nonnullam etiam cum adulto similitudinem habeat, densa enim sunt folia ad instar eryngii campêstris. Radices fert nardus hæc montana duas authoras aut testiculi modo, asphodelo non dissimiles, sed graciles minoresve; subnigricantes, ac fibratas, odore pueri. Qui unam tantum habere radicem scribunt, plantam hanc non vidisse ostendunt, ut plurimi binos bulbos habent, quandoque tres, quatuorve, quotannis enim, aliis adnatatis, valde sepe propagant. Oribasi codex habet ιούρωντα, καλπάνην, καλπάνην, Improba est vox καλπάνην. Quomodo παλανη esse possint, & albidiiores, quam asphodeli cum asphodeli candentes sint. Fortassis scriptum fuit λιπένην tenutores. Caput de nardo corruptum, & depravatum esse fatentur Botanici, & interpres omnes. Sed ubi lateat mendum, in capitib; ne initio atline, non satis constat. Quidam legunt in initio capitib; αρά καλπές καλπές, vel καλπές; atque ita Diocoridem à contradictione, sibi persuadent, vindicasse. Verum cum hæc dictiones ramos vel surculos designant, magisque arboribus fruticibusque convenient. quam herbis, sintque idem caules in herbis, quod rami in arboribus, ea lectionis mutatio non placet. Sed dicet quis, vōces καλπές ac καλπές, ad herbas quandoque, sapientes ad frutices referri. Sed contradictionem nec tum esse sublatam dicam. Alii ex Hispano quodam codice legunt pro φίσαι, ταρπυνοῦ, quasi velit Diocorides nardi montanæ, tum caulem, tum fructum ætatem non ferre; at nardi jam descripæ caulis & fructus satis diu durant. Alii, quorum non displicet opinio, muratis casibus legunt, pro ἑτεροκαλπές. Ετεροκαλπές εἰσιν φίσαι, ut codices vulgati habent, εἰς δὲ καλπάς εἰσιν φίσαι. οὐτε αἴθο φίσαι. Neque caulis, neque fructus, neque flōs confert. φίσαι enim pro συμφένει usurpat apud Græcos, ut Iliad. I. ubi legitur φίσαι φίσαι conferre beneficium. Hæc etiam lectio ex cap. de dictamno probatur. Vide infra cap. 16. Fortassis eodem sensu non male legeretur, οὐτε δὲ καλπές, οὐτε οὐρανοῦ φίσαι ταρπυνοῦ, addita ultima vōce, à librariis omissa. Alii malunt οὐτε δὲ καλπές, οὐτε καλπές εἰς οὐρανοῦ, neque florē, neque caulem, neque fructum exportari. Subintellige ex Syria, vel Cilicia; quod non videtur verisimile. Lectio ante penultima maxime placet. Sequitur alarum. Ανταργητοῦ dictum est, si Plinio credimus, quod in coronis non adderetur, lib. XXI. cap. VI. Quinimo ἄσσαρον invenio vocitari quoniam in coronis non addatur, quasi ἄσσαρος, vel ἄσσαρος, inquit docti viri, quod vincum in sectis & corollis non haberetur, οὐσια, id est, coronarum nexus, τὸν ιδήρον, sic ἄσσαρος ιππος equus solitus. Rectius fortassis, quod coronas non ornet. Σάσσαρον enim mundare, ornare, ac verrere significat. Apud Plutarachum, γῆ σασσαρίν ( ἄσσαρος ) floribus terra ornata, legitur. Κοροποι itaque quasi ἄσσαρος, quod in ornarum non veniat. Contrarium probare, quis conabitur ex Diocoride, cuius nonnulli codices habent ἄσσαρος εἰς νάρδον αἰρετανούσι τον ( βακχον αλι ) οὐρανού στρανταλινόν. Id est, Herba odorata & coronaria. Sed hæc ad baccharis histrio-riam referenda, de qua Diocorides lib. I. cap. I. Baccharis βακχον ista οὐρανός, οὐρανοῦ καὶ στρανταλινόν. Οὐτε οὐρανοῦ τερψκήτα, οὐτε αἴθο ίχοντα. Βακχον εἰς καὶ φίλιαν ( Ald. αἰρετανόν ) καλπές οὐρανοῦ τερψκήτα τον οὐρανοῦ, ταρπυνοῦ. Ιχαν φίλοφαδες αἴθο οὐρανοῦ τερψκήτα, ταρπυνοῦ, ιναδην. ( Catac. addit. λαγκαρι ) φίλας οὐρανοῦ τερψκήτα οὐρανοῦ αἴθο φίλας, ιναδην τον οὐρανοῦ καρανικόν ( vetus quidam codex αἴθον οὐρανοῦ ) φίλας οὐρανοῦ καρανικόν οὐρανοῦ ( vulgo ιναδην ). Baccharis herba est fruticosa, odorata, ex qua itidem coronæ facilitantur: bujus folia aspera, magnitudine inter violam & verbascum media; caulis angulosus, cubitis petens altitudinem, aliquantulum asper, nec sine adnatâ appendicibus, flores subpurpureos subalbicantes, & odoratis, radices veratrō nigro similes, quibus odor est cinnamomo proximus, solum amas asperum minimeque huncidum. Βάκχαρος, quasi παγκαρας dicitur, propter eximiam fragrantia gratiam, in radice cinnamomum redolente, vel nomen accepit λαγκαρι, & ιαρι, quod ex

et coronæ baccharium more, magna cum gratia, quam exhedera gestatae sint. Hesychius βακχά. στραγγός καστός. Coronariæ esse plantam, verba Dioscoridis testantur. Ex bacchari plectebantur corallæ, iisque imponebantur, quibus capita vatum redimita, à virulentis linguis tuta credebantur, tanquam δέοντες fatigini ex nimia laude. Virg. ecl. 7. Aut si

*Non ultra placitum laudarit, baccare frontem  
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.*

Aliam etiam causam adserit Plutarchus 3 symp. cur coronæ antiquitus fierent ex bacchari. *ιεντον αὐτον αγαθὸν πεποιητε* In somnum indissolubilem agit eos, qui bibent. Verba Plutarchi vide cap. de croco. Plinius lib. 21. cap. 19. Auxiliatur contra serpentes, capitibus doloros — odor somnum gignit. Dioſcorides, *μὲν φύκας εὐκαὶστη ὁμοία φυτῷ λαοῖς οὐδὲν αἴσθησιν. Φύκας υπὲρ τοῦ πεποιητε* Folia ut pote que adstringant, capitibus doloribus adhibita presunt — odor ipse somnum gignit. Quis nō credit locum habuisse in bacchanibus corallam ex baccari? Notandum apud Virgilium & Plutarchum non per x, sed x scribi, nec tantum apud hos, sed etiam in antiquissimis autoribus modo per geminū x, modo, per x & x. Hæc ostendunt eos magno versari in errore, qui baccarin non græcum esse vocabulum, sed latinum dicunt: ideoque omnia, quæ de bacchari scripta sunt, ad asari caput esse referenda. Cum tamen asari, baccharisque historia omnino dissimilis sit, quod conferenti palam facile fieri. Quin etiam baccharin, asarumq; plantas esse diversas ex Oribasio & Egineta probatur, qui de utraque ex Dioscoride seorsim egerunt, litera & c. Sed horum testimonia ut effugiant, addita à quibusdam capita hæc asserunt, & hoc probat, quod Galenus hujus non meminerit. Paulum autem, & Oribasium de iis tantum scribere medicamentis, quorum facultates recensuit lib. de simplicibus Galenus. Quod falsissimum est, nihil notius quam Oribatum Dioscoridem exscriptisse, eaque quæ de figura formaque plantarum scribit, in ordinem alphabeticum redigisse. Ipse Oribasius in præfatione id testatur, & experientia probat. Nihil ille lib. xii & xii ex Galeno; nec Galenus ideam, descriptionemque plantarum tradidit, sed tantum vires, falsum etiam Eginetam omnia, quæ de medicamentorum viribus scribit, ex solo exscriptisse Galeno. Etenim agallochi, narcapthi, cancomi, fraxini, othonnae, botryos, geranii, heliotropii meminit, quorum nulla apud Galenum lib. de medicam. simpl. facult. fit mentio. Plinius etiam testatur antiquissimis Græcis baccharim fuisse cognitam lib. 21. cap. 6. Bacchar quoque radicis tantum odorata est, à quibusdam nardum rusticum appellatum: unguenta ex ea radice fieri solita (nota lector) apud antiquos, Aristophanis prisca commedia Poeta testa est. Vnde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est cinnamomo proximus. Gracilis solo nec humidus provenit; simillimum ei, combretum appellatur, foliorum exilitate, usque insula attenuata, est procerius quam bacchar, nec hæc tantum sunt (doctiss. Salm. corrigit, & procerius quam baccar, nexui tantum. Sed eorum etiam corrigendum error est, qui bacchar rusticum nardum appellaveri. Est enim alia herba sic cognominata, quam Graci assaron vocant, cuius speciem figuramq; diximus in nardi generibus. Testis, inquit, Aristophanes, apud antiquos ex bacchari radice unguentum factum. Vult Plinius, non omne unguentum vocari βακχάδης ut quidam scripserunt, sed certum genus, quod ex baccharis radice fiebat. Hesychius βακχάδης μύερος ποτὸν δέοντας ιμανύεται. Baccharis unguentum, quod ex herba ejusdem sit nominis. Verba Aristophanis citat Athenæus lib. 15. ubi existimat videtur baccharum non esse unguentum, quia auctores ab unguento separant. Καὶ μόντα τὸν μύερον ἡ βακχάδη. Αἰχνηλός οὐτέ Αἰματήν οὐτέ Αἰγανάνην Φυσί την τὸν τοὺς τὰς βακχάδης τὴν μύερον. Ηγ. Σιμωνίδης, καὶ θεον Φόιδης μύερος τὸν μύερον τὴν βακχάδην. Αἰγανάνης οὐτε ιμανύεται ημεροφορίᾳ ζεσταί. οὐτε ηπειρον οὐτε μαστός φάσκων τὸν μύερον τοιούτον. Ετε νυνquid bacchar unguentum non est? Aeschylus in Amynone sic alterum distinguat ab altero, ego vero & tuas baccaridas & unguenta tua Simonides, oblitus sum unguentis, odorisbus bacchari. Aristophanes in Thesmophoriazusis, (id est sacra matris Deum celebrantibus) o venerande Iupiter, ut oblitus soluta confestim pera unguentum mihi, & baccharum. Pergit Plinius, unde quidam errore falso bar-

baricam eam appellant. Rectè doctissimus Salmasius plusquam barbaricam hanc lectionem dixit, rectè correxit, unde quidam errore falso, baccarida ea appellabant. Verborum Plinii hic sensus est, unguenta apud antiquos facta, ex baccaris radicibus, uti scribit Aristophanes, unde quidam errore falso unguenta appellarent baccaridas. Sane baccarida multi pro unguento usurparunt. Athenæus loco citato: Μινυορούει τῆς βακχάδης καὶ Σοφοκλῆς ισχύει οὐτοις λαδίοις. δεύτερα τὴν τὴν βακχάδην κατείδεται. Baccaridas sic meminit. & Sophocles magnes in lydis. Lotum operat, & undum baccarida quiescere. Scholiastes Æschini in Persis. Καὶ τὸν βακχάδην ίνοι μύεροι λαδίοι ιφασι. βακχάδης μύεροι λαδίοι. Unguentum lydium, & sic baccarida Galenus in glossis exponit βακχάδης λαδίοι μύεροι. Unguentum quoddam lydium significat. Hujus unguenti meminit Hippocrates, lib. de Nat. mulibr. Sed cur baccarin interpretatur unguentum Lydium? Nemo interpretum, medicorumque hactenus attendit. Exponit hoc Æschylus Scholiastes, ad hunc locum: αἰβρεδίατην οἱ ιπταὶ λαδίοι ξελθοῦ. Ad hunc locum interpres Græcus. Αἰβρεδίατην λαδίοι τοις ιπταὶ ξελθοῦ, καὶ τὸ σεληνοφρεύδρον, μέτε μοι λαδίον καρύκεα, μετὸι μαστίχαν Φόιδην. καὶ οἱ λαδοφόροι οἱ μυστικῶν ταῦτα τὸν τενθέον δηλοῦ. καὶ τὸν βακχάδην ίνοι μύεροι λαδίοι ιφασι. id est, Revera etans Lydi gens luxuriosa & mollis: unde est apud Anacreon tem rudopeis της πρὸ ιδοντογίης, voluptuarii. Vulgo etiam dici solet, neque Lydorum condimenta mihi contingant, neque flagrorum crepitus, & ejusdem luxus restis unguentarius, qui dicitur postea cuidam λαδοφάτης. Tanquam frequens in Lydia Præterea baccharim nonnulli vocarunt, unguentum Lydorum, à luxu, fragrantia, molitie, odoris suavitate, cinnamomum enim redoleat; ut Dioscorides & Plinius testantur, vel ut Hippophaex, croci, βακχάδης οἱ οὐτε ιμανύεται ημεροφορίᾳ οὐτε μύερος. Baccari nares univerti, odore similis ea croco est, id est, suavi fragranti, delicato. Hoc unguento pedes illinire luxuriosi, & delicatuli Athænis solebant, ut gravem pedum fetorem tegerent, ac obcurarent. Cephisodus apud Athenæum lib. xxi. Καὶ τὸς ποσὶ χωρεῖ ποσὶ μοι βακχάδης. Seorsim autem pedibus mercabor baccarin. Dioscorides baccharim utiliter in diapaftata inseri scribit, quod magnam habeat odoris gratiam. Καὶ εἰς Διονυσίου τρητούντος ιχνού τὸν διαδιαν. Idem quoque Plinius lib. xxi. cap. xix. Tunditur uritator ad diapaftata, vestibus odoris gratia inseritur. Vulgo legitur, conditur cum diapaftata, quod quid sit necio. Gracile, inquit, nec humidi solo provenire. Inde colligo apud Dioscoridem οὐτην, non ut vulgo οὐτην, scribendum esse, reliqua sunt facilia. Restat indagemus, quæ planta maximè cum baccharidis delineatione conveniat. Doctiss. viri schaream, quam nonnulli matrifalviam vocant, baccharim veterum esse putarunt. At huic nec radix elleboro nigro similis, nullius cinnamomi odor, nec planta Mathiolo, pro bacchari massa, cum veterum delineatione responderet. Nam nec radices odorem cinnamomi referunt, nec caulis appendices habet. Sed οὐτε θρυψιαδε, οὐτε φυλλαδε legendū contendunt. Quia in Oribasi scripto quodam codice sic legitur. Vulga tamen lectio Oribasi, vulgatam, & hic defendit lectionem: nec media viola & verbasci magnitudine aspera, sed ipso verbasco similia. Accedit, quod flores sint lutei, rarius purpurei, cum subpurpureos, albicanterisq; describat Dioscorides. Cariophyllata, quoad radicis odorem (vernali enim tempore, radix eruta cariophylli aromatici odore est, unde platis nomē) foliæ optime convenient cum descriptione, flos vero luteus impedit, quo minus baccharis esse possit, uti etiā cauliculus, cubito minor. Reliqua aliquin satis convenient. Fortassis in Græcia cauliculus major, flos albicans, subpurpureus. Sed quis hoc asserere audet. Doctiss. Clusius, & Lobelius, totaq; Monspeliensium schola pro bacchari habent, conyram Mathioli majorem. A Dodonaëo pro labore altera conyra depicta. Conyra genus esse nequit, quod neq; graveolens sit, nec pinguis habet folia, quod ipse fatetur Dodonæus cum haud quacunam glutinosam stirpe dicat. Gravi idem quidem inquit odore, non tamen admodum ingrato. Suavoleus meo judicio est. Baccharis fruticosa stirps est, appendicibus multis, foliis asperis, (Dodonæus mollioribus, & magis lanuginosis primulæ veris inquit & huic non usque adeo mollia folia, aspera baccharis hujus folia experientia

tactus comprobat) nigris antibus, primulae veris, vel salviae latifoliæ magnitudine, caule cubito altiore, floribus purpura obsoleta glomeratis, in pappos abeuntibus, cardui modo. Radix summo cespite spargitur, diffusa fibris, caryophyllata modo, cuius odorem præsentissimum habet, vel cinnamomi, cui contulerunt antiqui, planta valde frequens, istoq; nomine satis nota circum Monspelium, & alibi non paucis locis. Ad asarum redeo, quod coronariam plantam esse nego. In asaro odorati nihil, præter florem radicemque, ealque non recentes, sed resiccatas, flos ejus ad coronas ineptus; colore enim est sordido & ingrato. Instabat quis, dicetq; coronariam esse plantam, quod toto ferè anno conset foliis eleganti virore prædictis. Theophrastus enim ut supra lib. vi dictum est, in quibusdam plantis flores, in quibusdam folia utilia esse dixit. Nec hoc nego, verum folia, quorum in coronis usus, non facile amittunt gratiam viroris, nec facile flaccida fiunt, ut myrti, lauri, malabatri, contra asari folia facile flaccidunt pristinumque amittunt nitorem. Alii ἀσάρη, dictum putant, à particula privativa & οὐκέ scopa; quod ex hac planta nō fierent scopæ luteales, vertendis Deorum aris aptæ, quales colligebantur ex verbena & similibus. Alii ab adjectivo ἀσάρη, nomen accepisse putant, quod significat, scopis nō mundatum, vel quod scopis mundari nequit. Dicitur à quibusdam nardum sylvestre, non quod cum nardo formam aliquam habeat, sed ab odore nardi, quem radices jam exsiccatae habent, vel ut Plinius ait, quod nardi vim radices habent. Non sunt odore cinnamomi, ut in nonnullis codicibus legitur. Etenim illa, ut jam dictum est ad baccharis historiam pertinent. Et quæ de viribus sequuntur, id quod neque ex Plutarcho difficile probare est. Auctuarii auctor à Romanis εἰσπράττει, & bacchar vocari script. Πορφύρας εἰσπράττει, δι. ἡ βάρχη. Hos refellit Plinius verbis supra citatis, sed eorum quoque reprehendendus error, qui bacchar rusticum nardum appellavere. Immerito itaque à quibusdam Plinius notatur, quod scriperit bacchar ab asaro non differre, cum locus citatus contrarium doceat. Hoc nomen asarum habere scribit Plinius, etiam Auctuarii auctor. Οὐ δὲ ταῦτα μηδεποτε vocari ait, in aliis codicibus legitur, εἰσπράττει, & sic apud Neoph. legitur: Αὐτοὶ δὲ διὰ ταῦτα αὔξενα μηδεποτε, δι. δι βάρχη. Corrigunt viri docti πιεργίας, Plinius lib. 21. cap. 19. Bacchar in medicina usu est, aliqui ex nostris perpressam vocant. Sic meliores libri, à vulgo

## Asarum.



perpressam legitur. Perpressa asaro magis convenit, quod flos ejus à foliorum densitate, & frequentia con-

primatur, ne conspici possit, quod etiam observasse videtur Dioscorides, sed de flore mox plura. Belgis hæsentwoztele, & mangozzen dicitur, quod rotunditate sua folium mentiatur aurem humanam. Hæc de nomine ejusque etymol. Φύλλα ἵχει κιοστόν εύεια πυρήπερος οὐδὲ πωλῆι τροπούλην. Folia habet hedera denfiora & rotundiora. Hedera comparat non recenter natæ, sed provectioris ætatis. Ludit enim hedera pro ætatis ratione, foliorum forma diversa. Vide Theophr. lib. 1. cap. xvii. Reperiuntur plures codices, in quibus παρεπομπæ legiuntur. Et hæc lectio Oribasii & Serapionis munitur auctoritate, cum tamen asarum majoribus quam hedera sit foliis. Quare quidam corrigunt παρεπομπæ. Facile enim unius literæ lapsus, ac mutatio fieri potest. Alii παλαιόν legunt, ex auctoritate Plinii lib. 12. cap. 13. Nardi vim habet & asarum. Quod & ipsum aliqui sylvestre nardum appellant, est autem hedera foliis rotundioribus tantum, mollioribusque. Sed parum interesse video, quocunque modo legatur. Etenim nemio non animadvertisit asari folia hederaceis esse majora, denfiora, & molliora. Sed vulgata lectio παρεπομπæ, cur servari non potest? Non tam facile rejicienda, quod in plurimis codicibus apud Oribasium, & Serapionem sic legatur. Dicendum itaq; asari folia pro cœli, solique ratione (hoc enim vel mille in locis docet Præceptor) majora vel minoræ esse. Asarum itaque cum foliis hederae minoribus dicat Dioscorides, intelligit, solo macro, sterilique natum. Φύτευ, inquit, εἰς ψευδοτοιχίαν οὔτοις, τούτους δὲ εἰς Πόντο, nascitur in opacis montibus, plurimum vero in Ponte. Montes seci sunt, tabulosi, & macri. In hortis translatum ex hisce locis, non mirum majora fieri ejus folia; solum enim letum pingue est. Αὐτὸς (Paris. 179) μηδὲν Φύλλων τοῖς τῇ βίᾳ κυνέον, (Paris. παρεπομπæ). Catac. παρεπομπæ λεπτὸν ινδικὸν ινδικόν δοκιμασμένον ιαφετ. Florem interfolia juxta radicem, caryleum, hyoscyami cytinum referunt. Parisiensis codicis lectio Oribasii, Serapionis, nec non Plinii munitur auctoritate, quin etiam παρεπομπæ legendum experientia comprobat. Etenim asari flores mense Mayo non cyaneo, sed sordido purpurascente, sub ipsis foliis juxta radices latitantes conspicuntur. Quod cum superiores ævi medici ignorant, nec ad verba Diosc. fatis attendissent, scripserunt asarum flore carere. Plinius loco cit. Flore purpureo, radici alligato alterci (hyoscyami, ut suo loco dicam scripsisse puto, doctiss. Salmalius, alterci cytino) simili, semen acinosum. Sic hunc locum correxit doctiss. Salmalius, ad mentem verbaque Diosc. vulgo legitur: Flore purpureo, radice gallico nardi, semen acinosum. Nemo unquam tradidit asarum gallici nardi radicem habere. νόσονδης κυτίνης, Diosc. hoc est τὸ τὸν κύτινον. Oribasius leguisse videtur νόσονδης κυτίνης, id est, hyoscyamo, aut cytino, quasi flores asari voluerit conferre auctor, non hyoscyami cytino, sed etiam mali punicae domesticæ flori. Interpretem autem, vel librarium quidē suspicor sic legisse Oribasium. Viri tamen docti non multum interesse putant, an vulgarem, an Oribasii sequamur lectio, quod Diosc. ubi de hyoscyami floribus agit, indubitanter eos cytinos appellat, & ex ipsis sententia mali punicae cytinos primum partum, vel florem (Cælio Aureliano ampullum dictum) significet. Aliud quid tamen est cytinus, nempe folliculus, quo primum flos, deinde semen vel fructus continetur, vel cytinus componitur è densis foliis, quibus continentur florum divisoria. Priorem definitionem confirmat Theophr. lib. 1. de Caus. cap. xvii. εὐθὺς τὸν κύτινον τὸν αἴρετο. In cytino, inquit, efflorem, id est, florem à cytino contingere. Florem autem à cytino in ipsa malo punica (quamvis flos mali punicae, ut norat Dioscorides etiā cytinus dicatur) differre docet. Idem Theophr. lib. 11. cap. xi. H̄ δὲ τὸν μήτραν, άγριον τὸν αἴρετο, τὸν μήτραν αἴρετο. Et paulò infra. Οὐτοις εὐθὺς μήτρα ταῦτα διχωτικά τὸν κύτινον. Sed nec Diosc. mali punicae flores dixit esse cytinos, sed cytinos vocari, nec indubitanter, ut ajunt hyoscyami florem cytimum appellavit, sed post florem hyoscyami calycem provenire malo punicae similem, lib. 4. cap. 69. ubi inquit: τοῦτο δὲ τὸν κύτινον — αἴρετο. Reliqua vide infra cap. de hyoscyamo. Videbit lector, quod Dioscorides non indubitanter flores cytinos vocet. Flores enim, & cytinos diversos facit. Satis enim manifeste inter flores, cytinos, & semina distinguit. Vulgatam itaq; servabimus lectio rem, asari flores forma, figura, positione similares esse cytino hyoscyami. In his Diosc. inquit esse, οὐδεὶς τὸν κύτινον, id est, Semen acini nucleo simile.

In aliis codicibus scribitur, ut interpres quidam observarunt, ἡγετη, id est simile vinaceum, τὸ γιζαρνον, vinaccum, vel granum acini dicitur; quod pressis uis cum folliculo abjicitur. Cum eo asari semen satis comparari potest. Etenim exiguum, angulosum, & aliquantulum asperum est. Semen hoc Plinius sapore vino-  
so, inquit esse. In minus probatis codicibus venoso legitur, qualis non datur sapor. Vino dixit sapor, quod ubi manducatur, palatum vini sapor complet. Sequitur in nonnullis codicibus, ἡγετη καύλινη ρυποσθή, τονογένη σιγη. Habens caulinos angulosos, subasperos, ratos. Hæc cum nec in multis codicibus, nec Oribasio, nec Serapione reperiantur, spuria esse dico, & accrevisse. Non tamen ineptè in nonnullis apposita sunt. Etenim hæc omnia in asaro reperiuntur, caulinos hos foliis annexos esse visus docet. Πίζη γένεται πόλια, γρανάτης, ποταμος, οὐρανος αἰρετης. ιχνόπεδη ποταμος η σύνηρα, η διάνηρα, η διάνηρα η ανθετης. Caulem cubitalem, aut etiam majorem, levem, mollem, purpurascem, (Marcellus vertit, cuius color in purpura albicans, qualis valerianæ color) Plinius loc. cit. folio olusatri caule cubitali geniculato, in pur-

nace majoris foliorum æmula, sed tamen minora. Nonnulli interpres vertunt, herba cerviocellæ, cui olusatri folio æquale. Nescio cur æquali. Nam ex voce æquali, quis citius quantitatem, quam qualitatem intelliget, dicerque phy folio esse magnitudine æquali cum elaphobosci. Quod est præter mentem Dioscoridis, qui forma, figura, positione elaphoboscon τονογένης, dicit. Illud enim verbum simile, proximè ad aliquod accedens significat. Sic Dioscorides lib. 3. cap. 9. de centaurio parvo dixit, πίζη τονογένη, η ὄργανον παραγνήσιον, origano, aut hyperico similis. Quis adeò rudit Botanicus, qui ignorat, centaurium parvum magnitudine ab origano hypericoque multum differre. Nisi forte locis humidioribus origani magnitudinem acquiescerit. Quod rari si me observatur. Pergit τονογένης η μείζω, λιόν, τευφιστή, ιαπόεφερη, μεσοκοιλος θειαληπτηρος βίσα. Caulem cubitalem, aut etiam majorem, levem, mollem, purpurascem, (Marcellus vertit, cuius color in purpura albicans, qualis valerianæ color) Plinius loc. cit. folio olusatri caule cubitali geniculato, in pur-

## Valeriana.



Si sine carne voles jentacula sumere frugis,  
Hæc tibi vestino de grægre massa venit.  
Restat historia phu. Phu quidam dictum volunt, à pittore gravique odore, mixto nardeæ suavitati, quem phu, sive phy adverbio admirantis, & abhorrentis adversamur subodorati. Phu Belgicum, Ponticumque verbum; à Ponti incolis Græcis mutuatum, φυ, inquit Dioscorides lib. I. cap. x. οἱ Αἰγαῖοι τέττη, αἰγαῖον νερόν, παράτη μὲν τὸν πόντον. Phu, quod & ipsum aliquis Sylvestre nardum appellant, in Ponto nascitur. Nardum sylvestre dicitur, quod radices nardum cum gravitate quadum odoris æmulentur, tum' quod nardo viribus similes sint, ut Galenus & Aegineta scribunt. Vulgo valerianam vocant, quod pluribus insignioribusque polleat facultatibus. Creticum vocat Plinius, lib. xii. cap. xii. Tertio loco Creticum, quod aliquis agrion vocant, alii phu. Creticum, forte quod in Creta nascatur. Sed hoc incertum, nec ipse scribit Plinius, verisimile tamen. Nec enim Dioscoridis mens est in solo Ponto phy nasci, aut in aliis non oriri regionibus, verum in Ponto præstantius & efficacius vult esse. Φύλλα οἱ εἰλαφοβόσκοι η παποτλίσθι τονογένησι ήχει, inquit Dioscorides: folia fert elaphobosco, aut oleris atro similia. Reperiuntur Botanici qui Dioscoridē hoc capite duo phy genera descriptissime referunt. Folia enim oleris atri, radicisque formam domesticae valerianæ, elaphobosci vero, uti & oleris color, sylvestri convenire. Horum nec improbo, nec approbo opinionem. Alii malunt, phy caule carens, foliis simile esse hippoelino, quæ vero cauli adnectuntur, elaphobosco esse similiora. Quod observare hactenus nobis non licuit, lactucellis aut scariolis proximiora videntur. Alii valerianam majorem veterum phy esse negant, quod folio careat elaphobosco aut hypselino simili, sed folium ejus scabiosam majorem referre, non tamen tot sectiobibus esse divisum. Phu inquit hippoelini folio, aut elaphobosci dixit Dioscorides constare, esse autem hippocelimum ex Mathioli sententia (vide lib. 7. ubi de hippoc. egi) levisticum vulgare, elaphoboscum teste Dioscoride lib. iii. cap. lxxx, est foliis duos digitos lati, ut terebynthi prælongis, quæ folia fraxini æmulantur, circumfracta, & quodammodo aspera. Respondeo, ipsam scabiosam foliis elaphobosci esse; at elaphoboscum adinstar scabiosæ non esse his sicutum, elaphoboscum cum doctioribus dicimus esse majorem pastinaciam latifoliam, cujus folia non ineptè comparari possunt cum vulgari majore valeriana. Prima enim, quæ edit folia oblonga, lata, lævia, virentia atque indivisa, quæ vero secundum caules majora, longiora, utrinque profundius laciniata, elaphobosci aut pasti-

pura albicante in medio cævum (Ruellius nolam legit) cævum geniculis interceptum. Caulis valerianæ cubito altior, lævis & concavus, & intervallis rarioribus articulatus, in cuius geniculis bina exent folia (alterum folium in caule nescio qua negligentia pictor omiserit) & in fastigio flores. Αἴγινος μὲν τὸν τραχελον μείζων τροποποιησα, καὶ τὸν τραχελον μείζων τροποποιησα. Flores ad narcissos proximè accedunt, sed & minores sunt, & teneriores, & in albicante colore purpurei. Mendum hoc loco esse conjiciunt doctiores, quod in magnitudinis designacione frequens apud Dioscoridem & Theophrastum, ut μικρος pro μικρος, μεγας pro μεγας legi debeat, ut etiam inquit hoc loco. Malunt alii αἰγαῖον νερόν legere. Quod, inquit, optimè convenient, & colori & figuræ. Alii τοιοῦτο légendum contendunt; ea freti auctoritate, quod inter nardi referatur genera. Inde tamen non sequitur, sic legendum. Asarum inter nardi refertur genera, attamen flore totaque facie planè dissimili, nec montana, cum Celtica flore convenit, nec Celtica fortassis cum Indica. Vulgatam servolectionem; idque quia ea apud Oribasium, qui sua ex Dioscoride transcriptis, reperitur. Veruntamen αἰγαῖον νερόν vel τοιοῦτο lego. Nam μείζων τροποποιησα major & tenerior narcissus, quomodo flos esse possit, non satis video. Alii tamen putant flores phu, in Ponto faventis cœli beneficio, & ubertate soli, majores esse. Alii vocem τειφοποιησα redundantem putant, quod in Oribasio non reperiatur. Sed librarii culpa fieri potuit,

etius etiam in curia *την θεού μάζα* legi puto; nisi aliter in Ponto sese res habeat. *καὶ εὐ πολλοῖς αἰσθέρφυσι.* Marcellus ad verbum transtulit, *colore inalbido, per medium purpureo.* Qualem colorem valeriana nostra habet. Eadem hæc vox apud Dioscoridem lib. *ii. cap. cxlv.* reperitur. Vide cap. *xii. lib. viii.* historiam de dracunculo. Est autem *ἀγρόφυσις*, propriæ auctoribus, in quo quid purpurei coloris pellucet. Marcellus vero per medium purpureum interpretatur, quia *ἀλό* propositio inter cæteras significationes transitum, trajectionemque ab altera in alteram partem, ut in diametro Mathematici ostendunt, significat, & in compositione eandem retinet vim. Sic *ἀλόδικος*, medio purpureum dixit. Plinius quod non miror, descriptionem floris non tradidit, solet enim quandoque parum diligenter exscribere, quæ à Græcis traduntur. Valerianæ flores in caulis fastigio, in umbellis acervati ab oblongiore & angustiore, exiguo veluti collo tese pandentes, narcissi quidem effigiem aliquatenus exprimentes, sed tamen multo tenuiores, & magnitudine plurimum ipsis cedentes, colore & diluta rubente purpura albantes. Narcissi dixi formam habere, quod narcissi flores in iporum imo habent illud ex tuberans, ubi continetur semen; & deinde tenuiores in quinque aut sex foliola desinunt, nec amplius in florum narcissi collatione est requirendum. Nam Dioscorides non positum florum, sed illorum formam similem narcissi floribus esse tradidit. Inde fit manifestus illorum error, qui negant narcissum referre, propterea quod nullum narcissi genus reperiatur, quod umbellam habeat, ac uni narcissi plantæ flores, non plures quam duo, trelve ad sint. Dico tamen cum Dioseoridis descriptione convenire; singuli enim flosculi, qui umbellam conficiunt, forma referunt narcissum, umbella vero ferulam oprime refert. Quare non multum errant, qui *ταῦτα* restituunt, proximè ad *τάραντα*, vox hæc accedit. *Τέττα οὖτις ἀπὸ διατίτηρος τοῖς διακόποις μικρῷ τὸ πολυχωράνιον οἴτη ἐπιτρίχα ἵστηνται περὶ χαῖραν ἢ μίδας ἑλιβορώ,* αλλήλοις *ἰντεστινατάνται, ταῦτα δέ, διόδη, ταρδίζονται τῷ στρομμῷ τῷ βάσεις βαρυμένται.* Radix superiori quidem suis parte digiti parvi crassitudinem fermè aequali, sed habet ex obliquo capillamentis junci, aut veratri nigri, instar invicem implicita, subruffa, odorata, atque adeo odore nardum emulantia, cum virofa quadam gravitate. *Εὐθρίζα* Oribasius vetusque codex *ταῦτα* ex oblique adnascentes radices. Oribasii veriorem scripturam puro. *Σχολ.*; quidam codices *ταῦτα*, lentisci, quos depravatos dicimus. Veratri nigri aut junci. Hæc sic intelligenda, ut tota ejus similitudinis relatio ad veratum, implicatio vero mutuusque complexus ad juncum referatur. Plinius loco citato: *radice obliqua villosaque & imitante avium pedes legisse videtur.* Apud quendam ex vetustis herbariis, *τὸν μαλακῶδον*, sic enim & niger dicitur hellenoris, & ita reddidisse, quasi legisset *τὸν τὸν ὄριζαν τέρδον*, quod est valde ineptum. *Βαρυμένται*, qui hoc loco *βαρυμένται* odoris gravitatem, & vehementiam in rebus odoratis significare putant, non odoris satis ingratia foedere tamen diversum, qualis asa foetida exhibit falluntur. Siccata tamen radix suavior quam recens olet, ac si quis nares consulat, nardum celticam odore similis est; sed hæc virosum nullum emitit odorem, phu manifestum. Non defunt viri longe doctiss, qui valerianam vulgarem sylvestrem majorem phy. Dioc. existiment. Radix non satis cum descriptione convenit superiori enim sui parte digiti parvi non est crassitudine, ex obliquo habens radices invicem implicitas, sed tenues, multis capillamentis fibrosas, odore non omnino destitutas, cum legitimo odore sit nardi, cum virofa quadam gravitate. Non tamen hæc spernenda, multis enim præstatoribus pollet facultatibus de quibus alibi. *Αὐταλισθος.* Unde nomen acceperit, scribit Theocriti scholastæ ad hunc versum:

*Ἐγ γὰρ ἡμεῖς τὴν ποπλαῖον κριμόστημα.*

*In montibus ubi rhamnus aspalathique virent.*

Quem interpres cum quid rhamnus aspalathusve esset ignoraret, vertit *rubi*, eribulique virent. Ad hunc versus inquam scholastæ. *Αὐταλισθος* *αἴθο* *αἴθοντος* *τὸν πολυχωράνιον* *οἴτη* *διπλάσιον* *μεριτην* *ἀλό* *τὸν μὲν* *φαδίον* *τὸν τὸν πολυχωράνιον* *διπλάσιον* *θεαῖν* *τὸν αἴθονταθεαῖν*. *Spina* *genus*, quo percussi cervi moriuntur, nomen accepit, quod non facile evelli, sive eximi queat, è corpore eorum, qui eam impegerunt. Hinc Platon lib. *x. de Republ.* Tyrannos apud inferos, aspalathi spinis laniari scribit.

Diversum quid *ἀσφαλθος* ab aspalathio; bitumen illud succus crassus est, frutex est aspalathus. Describitur à Dioscoride lib. *i. cap. xix.* *Λ'σπιλαδοῖς οἱ ἔρυσισμεντοι.* supra cap. *xii. lib. iv.* cyperum *ἰερονοκίντερον*, vocari diximus. Plinius lib. *xxiv. cap. xi. ii.* *Quem aliis erisfisperum, aliis adypsatbeon, sive dipsacum, sive diacheron vocant.* Hæc satis sunt depravata, corrigit aliis erisfisperum aliis *phagnon*, sive *phasganon*, sive *dixylon*. Auctuarii auctor *οἱ οἰστάρης οἱ οἰστάρης οἱ οἰστάρης οἱ οἰστάρης οἱ οἰστάρης*. Melius doctiss. Salmasius, quem aliis *irisceptionem*, aliis *diathon*, sive *daxyron* vocant. Corrigendus etiam Dioscorides, male scribitur, *ἰερονοκίντερον*, legendum *ἰερονοκίντερον*, vel *ἰερονοκίντερον*, utrumque enim dicebant. Hesychius, *Ἐρεσκόντην* *ἰερονοκίντερον* *εἰς τὸν ιανοκήρην.* Irisception dicitur vel irisception, quod ab iridis in cubito odoratior fieret. Plinius lib. *xii. cap. xxiv.* Tradunt in quo cuncte frutice curvetur arcus celestis, eandem qua sit aspalathio suavitatem odoris existere. sed si in aspalathio innenarrabilem quandam. Vide Theophr. lib. *vi.* de caus. cap. *xxv.* Diathon vocarunt ab acumine spinarum. Diathon idem quod *διοξύνη*, nam *Ἰωάννης* *Græci οἶκος τὸν τοιχίαν*; non folium *velox*, & *citus*. *Ἰωάννης* *clavis acutis*, id est *ἴξις*. Hesychius *Ἰωάννης* *οἶκον λαμπτεῖν, σκοτεινὸν, ισχυρὸν, πυκνόν.* Idem *Ἰωάννης*, *οἶκος*. Sed forte scriptis Plinius *diareto*, quod eximiae magnificæque esset virtutis. Magis prior arridet *ἀλόδιος*, ab eadem ratione lectio. Quod *διοξύνη*, *Helychius ξυρός*, *πομπὴ ισχύος οἶκος*. Auctuarii auctor *ἀλόδιος* vocari scribit. Lego cum doctiss. Salmasio *ἀλόδιος*. *ἀλόδιον* dici possunt, quæ nec inania sunt, nec teneram fungosamque medullam habent, sed lignosa soliditate duram. *Dixylon* itaque à solidiore & duriore materia & medulla, *τρίμητος ξυλινός* dixit Dioscorides, legunt alii à *dipsacon*, quod locis gaudeat scientibus, prior potior & veritati magis consona lectio, *τρίμητος*, forte à *φατίτην*, quod Græcis *jugulare* significat. *Σφαλέρα* *ensis*, à *spinis*, *δέοντα πομπὴν*, quod est occidere, quod gladii instar laetad ac vulneret, uti Scolastes nota Theocreti; His fere verbis à Dioscoride describitur. *Θάμνος* *τὸν ξυλόδην αἰγάλευς πολλὰς κακτομένος* (*αἰγάλευς πολλὰς κακτομένος*), Ald. *vetus quidam κακτομένος* (*ταῦτα*) *κακτομένος* *εἰς τρεῖς καὶ τέσσερα* (*Al. τούτων & τούτων*) *εἰς τρεῖς καὶ τέσσερα* (*Εὐγέλια, Εἰς τέσσερα*). Frutes est *spini erebrū*, *aculeatus*, (ad verbum *multarum spinarum possessor*). Aldinam si sequamur lectionem, interpretabimur, *multū furiosū invadens spinis*. Veterem vero, si probemus scripturam, *τεῖχος occultus*. Omnes hoc volunt multis spinis aspalathum esse peditum) *Nascitur in Istro, Syria, & Rhodo.* Plinius lib. *xxiv. cap. xi. ii.* Duo aspalathi genera describit: orientale, & quod in Syria, Rhodoque provenit. Est sine dubio hoc nomine *spina sylvestris in Oriente*, ut diximus, *candida, magnitudine arboris justæ.* Sed & frutex humilior aque *spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis*. Oscitanter satis orientalem à Rhodio diversum facit. Legit apud diversos inter aromata & unguenta referri aspalathum, ac quidem apud alios in Oriente nasci candidum aspalathum magnitudine arboris justæ, ut ipse scribit, apud alios vero in Nisyro & Rhodo insulis fruticem spinosum hoc eodem nomine haberi. Hinc collegit duos diversos esse aspalathos, quorum primus arbor in Syria, alter frutex in Rhodo proveniret. Sed sciendum, veteres non adeò diligenter ad definitionem arboris fruticisve attendere. Dioscorides quidem aspalathos duos describit, sed alterum inodorum ait, nec in unguentis expeti, nec in Oriente nasci prodit. Legit vir doctiss. etiam in Nisyro Istro Rhodiorum insula. Sed cum Rhodiorum insulæ plures nempe Macria, & Oloessa cur vulgatæ rejiciam lectionem non video. Locus quem citat, est lib. *xii. cap. xxiv.* In eodem tractu aspalathos nascitur, *spina candida, magnitudine arboris modica, flore rosa.* Eodem inquit tractu, ubi scilicet cypruss nascitur, *Ægyptum* intelligit. Hoc non dixit Dioc. In Creta alterum nasci, scribunt Honorius Bellus, & Prosper Alpinus. Fruticem dixit Dioscorides, sed ejus parum inter est; parva arbor & magnum frutex, non ita multum differunt. *Flore, inquit esse rosa.* Hoc tacuit Dioscorides, & an, quod scribit Plinius, verum sit, haud scio. *Ἄργαντης οἱ μυριόντες τοὺς μύρες τύφους.* Eoque unguentarius ad spissanda unguenta utuntur. Interpretum quidam μυριόντες pigmentarium vertunt, μυριόντες unguentarius, δέοντα πομπὴν τὸν τοιχίαν. Unguentarius est, qui unguenta coquit, pigmentarius, qui pigmenta: Unguentum sive μύρος, ex liquoribus, adipibus, & metallis cum oleo mixtis fit, dum spissati olei

olei consistentiam acquirat, pigmentum seu fucum puellæ & mulieres assumere solent, male feriatæ, ut pulchriores videantur, cum alioquin facie sint deformes: fucant se puellæ, & mulierculæ vel cerussa, vel purpurea lanie, vel cerussa purpurea saniei mista, ut cuticulæ candorem ruboremque inducant. Fucant etiam pane, sandice, lacte asinino, ut scribit Satyr. vi. Poëta, quo loco mulierum scelera recitat, quæ rebus jam memoratis apud maritum sele fucant, quo mariti labia inter deosculandum conglutinarent, cum contra suis mœchis prætiosis unguentis delibutæ occurrent:

Interea fæda aspectu, tærrima vultu  
Pancumet facies, aut pinguisa \* poppeiana  
Spirat & hinc miseri viscantur labra maritæ,  
Ad mæchum veniet lora cute, quando videri  
Vult formosa domi! mæchus foliata parantur,  
His emitur quidquid graciles buc mittunt Indi,  
Tandem aperit vultum, & techoria prima reponit,  
Incipit agnoscit, atque illo latè foventur,  
Propter quod secum comites deduxit a sellas,  
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem,  
Sed qua mutatis inducitur atque foventur,  
Tot medicaminibus coetæque saliginis offas  
Accipit, & madidæ facies dicatur anbulcas?

\* Id est emit-  
tis odorem  
pingulum nn-  
guentorum  
qua Poppæ  
Neronis uxor  
invenit: quæ  
deo diligens  
in curanda  
forma fuit, ut  
eam in ex-  
lum missam  
sæcune se-  
querentur,  
quarum latæ  
candorem  
corporis com-  
paravit. Hoc  
enim medica-  
men, Pop-  
pæ vocat.

Fuci faciei descriptionē si quis desidereret, adeat Rondeletium, aut Weckeri Antidotarium speciale. Cum autem interpretes *μηρόν* reddunt pigmentarium, non eo sensu id accipi debet, ut pigmentarius sit ille, qui hujusmodi facit fucus, sed pro tali, qui confectiones aromaticas & odorificas parat, ex diversis suaviter spirantibus speciebus. Pigmentarius enim Græcis recentioribus pharmacopœus est. Πηδρίας enim dicebatur, qui omnia vendebat, quæ medicinæ conduceant, vel qui medicamenta à Medico præscripta, conficiebat, ut hoc videre est, ex Olympiodoro in Gorgiam Platonis, ubi ait; ὁ πηδρίας εἰπεῖται, οὐ διὰ τηλετῆς οὐδὲ φύσεως, τὸν δέ τον χρεῖαν διεργάζεται. Medicus præscribit, pigmentarius ministrat, parans ea, quæ necessaria sunt. Balsam. ad con. Al.vi. can. xc. κατέχεται τὸν τοῦ αἰδοφόρου τοῦ εἰπεῖται πηδρίας περικάλυπτον. Tenetur homicidarum legi pigmentarius, qui petulantem & improbè cicutam alicui exhibuerit. In lexico Stephani legitur *μηρόν*, *μηραῖς*. Hæc ostendunt pharmacopœum etiam pigmentarium dictum. Non ineptè itaque doctissimi interpretes sic verterunt. Plinius lib. xxiv. cap. xiiii. locum hunc quomodo verrerit videamus. *Vulgaris* quoque hac spina, ex qua cortina fullonæ implentur, radices usus haber, per Hispanias quidem multi & inter odores & unguenta utuntur, illa aspalathum vocantes. Aut confundit aspalathi historiam cum hypophœ & hypophæsto, aut codex est corruptus. Posteriorius verisimilius videtur. Corrigit doctiss. Salmasius: *Vulgaris* quoque hac spina, ex qua inæ fullonæ implentur, radices usus habent, preter spinas quidem multi inter odores, & unguenta utuntur alia, aspalathum vocantes. Tribus illis totis capitibus tractat utilitates, & medicinas, quæ ex variis spinis capiuntur, vulgaris inquit spina, quæ fullonibus inæs præbet, ad vestimenta polienda præter spinas, utiles fullonibus, radices etiam habet multi usus. *Alia*, inquit, ab hac diversa utuntur ad unguenta, aspalathum vocantes. Sequitur apud Dioscoridem in στοιχεῖον εἰπεῖται οὐτοις φλοιοδηναὶ τοιενθροὶ η περφυρίζονται, τοιενθροὶ η περφυρίζονται. Probatur ponderosus, depresso cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, & gustu amarescens. Plinius lib. xii. cap. xxiv. Probatio ejus in colore ruffo vel igneo, tactuque spissso, & odore caustorei. Idem lib. xxiv. cap. xiiii. Optimus, qui minimè ferulaceus, rubeus & in purpuram vergens, depresso cortice, nascitur pluribus locis, sed non utique odoratus. Optimus, inquit, qui minimè ferulaceus. Id est, qui non est fungosus, levis, rarus, qualis ferulae radix, sed ponderosus, *Bægus*, ut dixit Dioscorides, cortice detraatto rubentem optimum inquit, aut in purpuram vergentem. Hæc ostendunt vulgaram Dioscoridis lectio nem non corruptam esse. Ætii vero depravatam, *αισθατὴ*, inquit, *αισθατὴ* *βαρὺς*. Εἰ μὲν τὸ φλοιοδηναὶ τοιενθροὶ η περφυρίζονται, & post incensionem rubens. Interpretis vir doctiss. hanc lectionem rejicit, ac ex Dioscoride vertit, post decorticationem. Non video quomodo lignum, aut radix rubra, vel purpurea fieri possit, ab incendio. Nostra ligna nigrescunt, nigraque fiunt. *Περφυρίδην*, itaque legendum. Interpretis ferè omnes, etiam Plinius infinitivo modo positum verbum, in participium

latinum convertunt. Quo fit ut omnes intelligent, eum colorem ipsum lignum præ se ferre, postquam deglubatur. Contra tamen alii censem, id de cortice dicere Dioscoridem; totum, inquit, licet hic frutex aspalathus nominetur, à medicis tamen id nomen ad certam ejus partem, quæ maximè usus fuit translatum esse verisimile videtur. Ita casiam, costumque vocant, cum casia sit cortex, radix costus. Corticem radicis aspalathi usum habere ex Galeno probatur, in quo lib. I. de Theriac. ad Pisonem in compofit. Trocifc. Hedych. cap. ix. legitur: ἵππος ἡ αἴσθησις οὐδεστοι ἡ θεριάς μαγνή ἡ οὐρανοῦ ἡ περφυρίδης. Idein repetit lib. de usu Theriacæ ad Pamphilium, etiam in glossis legitur, αἰσθατὴ πλευραὶ τοιενθροὶ η περφυρίζονται. hoc est, aspalathi aromatici vocatam radicem. Alibi etiam ætius in suffumigio quodam aspalathi corticem præscribit. Etiam Alpinus ab Ægypti in compositione hedychroï, assumi cortices radicis aspalathi auctor est, lib. iv. de med. Ægypt. cap. ix. odoratum inquit esse Dioscorides, hoc si verum, quomodo caustorei odorem habeat; non video. *καρανδής* illud, *καρανδής* aspalathus lib. xxiv. cap. xiiii. non ubique odoratum esse, Plinius inquit. Hæc ostendunt evidenter Plinium duos aspalathos Dioscoridis confundere, plenius hunc locum mox exponam. Εἰ δὲ η εἴπερ εἶδος αὐτῆς λασθεραὶ, αἰσθαταὶ η δὲ καρανδής καρανδής. Est & alterum genus καρανδήδη, lignosum inodorum, quod etiam deterius habetur. Et hæc quidem facilia, nec expositione indigent. Qui santalum rubrum pro aspalatho habent, falluntur. Etenim nec spinosum, nec frutex est, sed arbor; nec gustu amarescit, nec odoratum est santalin rubium. Odoratum tamen aliquando reperi quid dicet. Nec hoc nego, sed dico id fieri per accidens, ut probe constat ex seplastiatis, ac myropolis, qui non ex se tale esse, sed quod cum albo flavoque importetur, vel reponatur, quæ odorata sunt, ex quibus odorem acquirit, qui paulo post perit. Etiam illud probat santalum non esse aspalathum, quod santalum rubrum sit inodorum, album vero flavumque odoratum, quod contrarium esse scribit de aspalatho Dioscorides: idem ferè de agallocho, ligno rhodio buxoque officinarum dicendum, hoc tamen fatendum, odorata hæc esse. Amarore omninaret lignum buxeum, roseumque, rhodium vero non tantum amarescit, sed quam manifestissime saporem ostendit amarum, quod nec Dioscorides voluit. Denique ligna, quæ doctiss. Mathiolus, Lobeliusve pro aspalato ostendunt, non videntur esse verum veterum aspalathum. Idque quia ex Hippocrate Galenoque jam constat, corticem radicis usum habuisse. Nec enim obstat, quod quidam scribunt, raro radicibus detrahi corticem, sæpius ligno. Illud inquam nullius momenti esse ostendunt, capparis & mandragoræ cortices, quorum quotidianus usus. Accedit fruticum radices, satis crasso ut plurimum tegi cortice. Puto me hæc ligna vidisse, sed certo affirmari nequeo, an eadem sint. Hoc autem dicere, sapore non fuisse amarecente. Honorius Bellus epist. ad clariss. Botanicum Carolum Clusium acatiam alteram Botanicorum, pro altero aspalatho habet. Non esse acaciam alteram eo probat argumento, quod Dioscorides lib. I. cap. cxxxii. scribat. Τῷ δὲ Φιλιππέῳ φίτει απίδητος η ιδιάσιμη συνέσυγματος, τελεχείης, η περφυρίδης, η λασθεραὶ. Autumno semen profert, lenticula minus, in folliculis connexis, ternum, quaternumque capacibus. Contra planta jam memorata in eunte ætate semen perpetuo profert. Sed illud argumentum non usque adeo validum videtur, siquidem verba hæc in vulgaris non reperiantur codicibus. Deinde facile fieri potest in Creta regione calidiore, semen ferat in eunte ætate; in Ponto vero regione frigidiore, semen erat autumno. Aspalathum esse hoc argumento probant Maranta & Bellus, quod Neapolitanum spalatrum, in Creta spalatru vocetur. Diversam esse aspalathum hunc, & acaciam alteram Marioli & Dodonei docet Alpinus lib. I. de plant. Exoticis cap. vi. & vii. Nascitur, inquit, in Creta insula in Iacynbo, atque in aliis locis Orientis planta, que acaciam secundam Dioscoridis nullis reclamantibus notis, refere. Est enim hæc frutex arboreos, tricubitalis & amplior, caule recto, longo, non multum crasso, cortice lœvi, viridis coloris saturata, spinis multis, ut in aspalatho secundo, sed rarioribus utrinque armata. Etiam spina ex caudice longæ, dura rectæ procedunt, rutæ foliis ternis simul posita contextæ; ramuli vero ex caudice sursum feruntur, cum foliis, flo-

ribus, & parvū siliquīs, semina parva, rotunda, lata, dura, hævescentia, continentibus, genistæ similibus, radix radici aspalathi similis existit. Etsi hec planta in multis cum aspalatho secundo convenire videatur, tamen ab ipso, specie, distinguitur, namque aspalathus spinis horret, densioribus, durioribus, albicantibus, nudis foliis, acacia vero habet spinas riores, foliis vestitis. Rursus in aspalatho folia, flores, & siliques acacia secundæ foliis, floribus, atque siliquæ similes cernentur, quæ tamen omnia in acacia longè majora apparent, totaque planta ligno constat, molliori & magis fragili, quam in aspalatho, cum ejus lignum durum sit, nequitiam fragile. Folia & siliques acaciae refrigerant, siccant, cum non leví adstrictione. Cap. vii. alpalathi secundi historiam his verbis describit. Nos alias vidimus in loco propè Cretan civitatem Fraschia vocato, penes portum, complures aspalathi secundi stirpes, sponte natae, bicubitalis, qua ramis, non ut in fructibus, sed ut in arboribus, lignos, duræ, densis, spinis albis, duris, crebris, densissive armatis constabant. Lignum est album, duressimum, & in medio nigrescit, odoris, dum recens, expers. Flores fert luteos genistæ similes, sed minores, suaviter emis- nus olentes. Etenim minus flante vento odoris fragrantia sensitur. Floribus succedunt exiguae siliquæ, genistæ vulga- ris hæc dissimiles, at longè minores, in quibus tria qua- tuorve semina parva, acaciae proxima, sed multo minor, folia vero parvissima, ternæ simul uni loco in ramis adhaerentia. Hæc planta nisi tur radice crassa, longa, brachiata, dura, dum recens est, quippe quo ad siccatur minime suaviter olen, & si vel etiam siccata obscurum suffici odorem respiret, sapore insipido. — Istius plantæ lignum maxi- meque radicis modice calidum est, quod ex levissimo ipsius amaroro conjicitur, siccum vero supra primum excessum cum leví adstrictione. Idem Alpinus eandem hanc plan- tam pro aspalatho priore, lib. iv. de Med. Ægypt. descripti: Et ut à Darfisahan, qui est aspalathus Diosco- ridis, principium faciamus, dico, illos in banc hedycroorum compositionem veram radicem aspalathi conjicerem, quam ex Creta, vel Rhodo ipsi se habere ajunt, quæ est valde crassæ, longa, dura, coloreque flavo rubescere, admodum odorata. Eam Dominicus à Rege, qui pharmacopolem Cayri agbat, pro Georgio Hemo consulatum tunc gerente, in Creta loco, prope portum Fraschia dictum meo jussu plures radices excerpit, & Cayro pro usu secum tulit: Arbustus est aspa- lathus, ramulis densis, spinis albis, durisque, horridus; foliis rute proximis; atque floribus aureis, rari, spartis flo- rum & mulis, summè odoratis. Ego eam plantam jucunditate eximiadoris, ex ejus floribus, ubi Cretæ loca aliquando diversarer, ad nares elata cognovi. Idem libro de plantis Ægypti refert, cap. 43. Hujus, inquit, arbustus radices durae, longæ, crasse, colore flavo, atque cortice sum- mè odorata, tunc temporis à me fuere observata. Hæc quomodo conciliari possint, vix video. An dicemus, quibusdam in locis odoratum aspalathum esse cum Plinio: Plantas enim pro coeli solique diversitate, vel magis, minusve odoratas esse scriptis Theophrastus, quod non videtur nam utroque loco in Creta aspalathum nasci scribit, circa portum Frascam. An dice- mus recentem, nondumque exsiccatum corticem in- odorum esse, probe vero siccatum suavissime spirare? Atqui loco prius citato, siccatum suffici obscurum red- dere inquit odorem. An dicemus priore loco de radice integra, & maximè ligno ejus loqui, posteriore de cortice solo radicis, corticemque exempto ligno sic- catum suaviter oler, lignum vero sine cortice non us- que adeo suavem emittere odorem. Brevi, ut spero autophia docebit. Aspalathus enim ex Ægypto & Creta, ut mitteretur curavi, nec dubito quin quam pri- mum sim accepturus. Ab aspalatho ad agallochum ve- nio. Nomen impositum huic ab ἄσπαλον exulto, glo- rior quod insignem suavemque in suffici spiret odo- rem; nec non oris gratissimum præstat halitum. A nonnullis lignum aquila vocatur, quidam lignum S. Crucis appellare majunt, nec desunt, qui lignum Para- disi nuncupant. Fabulantur, agallochi arborem nemini- nem unquam vidisse, quod in terrestri paradise tantum nascatur; in quem intrare mortalibus non licet, flu- minibus enim cinctus est, ex quibus fragmenta ejus ad nos ferantur. Fabulandi occasionem Serapio præbuisse videtur. cap. 197. Dicunt quidam, quod ramuli ex ar- boribus ligni aloes franguntur in terris, illis, & cadunt in fluminibus, & currunt cum eis, & deferuntur per regiones. Agallochum ligni paradisi nomen accepit, vel ab excellenti, qua præditum est iudas; sic malaba-

thiri folia herbam paradisi, pomaque quædam prædul- cia paradisi vocant, vel nomen illud obtinuit, quod è longinquis minusve cognitis locis ad nos adseritur, ut aves, quas paradisi aves vulgo dicunt. Arabes agalocan, id est, aloes lignum appellant, quod nomen in officinis passim audit; nonnulli tamen pharmacopœi cum Græ- cis recentioribus ξυλονόλῳ vocare malunt. An hæc sit aloes illa, cujus in sacra Scriptura fit mentio, supra enarravimus. Αγαλλοχος, inquit Dioscorides, ξυλονίσι φε- στιφόρος οὐ τῆς Ινδίας, καὶ Α' ορβίας, ιερού θυσίας ξυλονόλῳ ισημερίου. Οὐδέτερος, παντοφόρος τῷ γένοι τῷ ποντίας, φλοίος ίχνος δηματιδή, εἰ παντοκίας. Ποιεῖ δὲ Αγαλλονόλωρος η Αγαλλο- χορος τὸ αφικθεντὸς ινδίας οἴκας οὐδέποτε η Αγαλλοφάλαδη οὔτε Υεωταράς οὐδέποτε η αρτί λιβανώτης. Agallochum lignum est, quod ex Indiā & Arabia deportatur. Thyæ ligno simile, punctis maculifice distinctum, odoris, gustu quodammodo adstringens, cum quadam amaritudine, cortice vestitum, curvis instar, molli, & aliquantulum versicolori. Facit au- tem commanducatum, itemque decocto ejus collutum, ad commendandum oris balistum; ac toti quoque corporis fiscum, tritumque odoris gratia inspergitur, ad suffimenta; denique thuris instar adhibetur. Negat Garcias Abhor- to, lib. i. cap. xvi. in Arabia nasci. Ex Arabia, inquit, ad- ferri potuit, prius tamen ex Indiā eo deportatum, ut ple- rare que alia merces. Nam in Arabia nasci non arbitra- tur. In quibusdam codicibus legitur, η Α' ορβίας ινδίας Vulgatam lectionem sequuntur interpres, etiam Oribasius; cuius auctoritate nix illam probamus. De θυσίᾳ five citro supra lib. v. cap. v. egi. Negant viri docti agallochum, quo vulgo utimur, esse veterum, quod Thyæ ligno non sit simile. Thyæ enim materies, teste Theophrasto, incorrupta manet, agallochi vulgaris li- gnum saepe cariolum conspicitur. Quin & rarum est, & leve, non densum, compactum, grave, & solidum. Sed nego Thyæ ligno dissimile esse. Quod enim objiciunt, lignum Thyæ putredine vel carie non facile lœdi, contra aloes lignum illis obnoxium esse, non facit ad rem. Forma ac colore Dioscorides simile dixit, non solidi- tate ac gravitate. Non sequitur myrra lignum spinæ & egyptiæ simile, ergo non facile putreficit peritque ut acaciae. Sic ebenum oleastro & rhodio comparatur, cum ebenum multo diutius illæsum duret, quam oleastrum aut rhodium. Falsum præterea est, facile à ca- rie affici aloes lignum. Fragmentum habeo satis magnum, avo meo primis Lusitanorum navigationibus ante 50 annos, & ultra donatum, in quo ne vestigium quidem ullum putredinis appetit, accensum multum emitit humoris, odoremque longè spirat suavissi- um. Nec facile cariolum sit vulgare lignum aloes, quod in officinis Batavorum passim venditur; qui tale esse negant, bonum nunquam viderunt, intellexi ex seplasiariis plures Germanos pharmacopœos grave, solidum, compactum non emere, quod pretio majoro divendatur. Vox ισημερίου maculatum, five punctis di- stinctum, in Oribasii codice non reperitur; sed pro eo legitur, η ορβίας ινδίας. Hanc lectionem probare ne- queo, uti nec eorum, qui superfluum vocem ισημερίου scribunt. Nam in optimo agallocho cinereæ discurrentes venæ conspicuntur. Et Serapio dicit, optimum esse nigrum, varium ostendens colorem, habens mul- tam aqueitatem, five humorem, quæ omnia in agal- locho jam memorato reperiuntur. Alii malunt legere ισημερίου, hoc est, πεπλαγμένος compactum, δέ τι ισημερίου, quod in Aldini codice legatur ισημερίου. Horum non improbo lectionem. Tale enim præstantissimum est agallochum. Nugantur ac ineptiunt, qui negant agal- lochum odorum esse, carboni injectum suavissime olet. Idem facit dum teritur, sed hujus rei experimen- tum sumpsisse hos non puto. Aliud idem objiciunt ar- gumentum. Dioscorides agallochum gustu adstringe- re scribit, cum aliquanta amaritudine, & excellenti ni- mirum adstringendi facultate, quod effectus decla- rant. Nam sidores arcer corpori insperfum, & dysen- tericis prodest, quæ ab adstrictoria virtute dependent. In vulgari agallocho, amaritudo adstrictione super- rat, immo vis stipita notabilis nulla adest, neque acri- monia prorsus caret. Respondeo, in agallocho reperi- adstrictione illam, quam requirit Dioscorides. Quod autem sapor amarus superet, magisque percipiatur, mirum non est. Amatus enim sapor reliquos obtundit, & obscurat; succi limon. vel aceti unciae unæ alteræ- que, si scrupulus unus bilis addatur, amarus sapor sen- tieretur, obtusa ac vix perspicua adstrictoria. Et quod

sidores

sudores arceat, unde adstringens esse, non sequitur. Omnia sicca hoc præstabunt, nec quod dysentericis prodest, sequitur valde adstringere, cornu cervi ustum idem facit, nec valide adstringit, siccitate sua putredini resilit, superfluaque humiditates, unde saepius fluxus, tollit. Aliud addunt argumentum. Dioscorides, & ex eo Plinius agallochum cute verius, quam cortice vestiri ait, at lignum aloes, teste Garcia, non cute, sed cortice, & quidem crasso, non secus ac alia ligna, vestitur. Tale nihil dicit Dioscorides, coriacum inquit habere corticem, versicolorem, hoc est neque nimis mollem, neque nimis durum, foraminibus pervium, neque nimis laxum, neque nimis compressum. Vel ex Serapione responderi poterit, ramos ab arbore sectos integrum anno sepeliti, ut ita obruti, ligni cortex marcescat, lignumque purum dunata remaneat, nihil ramen de ligno erodatur. Quæ Garcias vera esse non negat. Fieri autem potest Dioscoridem lignum vidisse, cuius cortex non probè computruerit, ita ut verius cutim judicari, quam corticem. Sed prior solutio magis placet. Quæ sequuntur apud Dioscoridem, quantum ad delineationem nihil faciant, ad historiam tamen pertinent, etiam examinanda erunt. Ποιεῖ οἱ Ἀραβικοὶ φρόνοι, τὸ ἀργαλοχὺν τὸ ἀφύμα τοῦ ἱδρύου σέματος. Εἰ διάποστοι οἱ ὄλες τὸ σώματος εἰσι. Θυμάται οἱ άρι τοιαύτη. ή δὲ πίζα αὐτῶν ὁλῆς (leg. μιᾶς) πορείαν. Facit autem commanducatum, itemq; decocto collutum ad commendum oris balitum, ac toto quoque corpori siccum tritumque odoris gratia inspergitur, ad suffimenta denique, thuris instar, adhibetur, radix vero drachmæ unius pondere posa. Ex hoc loco probatur, agallochon, aloem à recentioribus Græcis fuisse vocatum. Videat Herophili Philosophi locum lector, cap. de aloe. Ex verbis etiam citatis quidam probare conantur, agallochum vulgare, non esse illud, quod Dioscorides describit, idque quod pro Thure antiquitus ad suffimenta substituebatur, tanquam thure vilius, aut parilis pretii. Lignum autem aloes adeò carum esse, ut potius Thus pro ligno aloes substitui debeat. Nam Thuri electi 100 librae, aureo uno apud Indos emi possunt, quamvis ex Arabia subvehi debeat; lignum vero aloes apud Indos aureis tribus, quamquam illic natum, in singulas libras venit. Quod argumentum ex Garcia desumptum est, qui tamen vulgare lignum aloes non negat esse agallochum, sed Dioscoridem minus recte scripsisse ait: Respondeo verba Dioscoridis minus recte percipit; non enim vult Dioscorides in suffimentis addi, quod Thure vilius est; sed quod non secus ac Thus in suffimiglio locum habeat. Præterea quid obest, quo minus Thus ante annos mille & ultra carius fuerit, agallochum vero vilius. Carum admodum thus fuisse, supra capite de Thure diximus ex Plinio, Theophrasto, & maxime ex iis, qui vitam Alexandri magni describunt. Hic enim à præceptoribus increpebatur, quod nimis liberaliter Thus in ignem conjiceret. Denique hoc etiam arguimento utuntur, in agallocho radix ligno præfertur, & illa potissimum in ufo erat. Ligni vero aloes ligno utimur, radix non adfertur. Non præfertur ligno radix, sed in eodem ferè valore est apud Dioscoridem & Eginetam. Quin etiam præferri lignum, ex eo probatur. quod in compositionibus ligni, non radicis fiat mentio, & hæc causa forte cur usus ejus perierit. Διάποστα quid sit, docet Plinius lib. XIIII. cap. II. Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur. Theophrastus lib. de Odor. οἱ δέ οἱ τὰ ἀρωματάς Εἰ τὸ ἀργαλοχύντονα σύρνεται ἔνθετος ἀρωματάς οὐδεὶς τοῦτος οὐδεποτέ. Ut qui aromata & diapasmata componunt siccata siccata, qui unguenta, aut vino infundunt, humidis jungunt humida. Martialis lib. I:

*Quid quod olet gravius mixtum diapasmate virus.*  
Per diapasma siccis intelligit odores, qui in pastillois inspargebantur. Hinc quidam interpretes doctiores vertunt, siccum triumque odoris gratia inspargitur. Plinius lib. XXI. cap. XIX. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur. Et hæc de agallocho veteres Græci: describitur à Garcia loco citato, his ferè verbis: Arbor est oleæ instar, interdum major, fructum aut florem videre non contigit, ob difficultates & pericula, quæ in accurata arboris observatione (frequenter illic grassantis tigribus) sunt subeunda, allati vero mibi sunt ex Malaca ramis cum solis ferunt autem recens dissectum agallochum nulla odoris fragrantia gratum esse, nec nisi siccæ-

tum odoratum esse, immo illum odorem per universam materiam ligni non diffundi, sed in ipso arboris corde, sive matrice coacervari. Crassus est enim cortex, & ligni materies odoris expers. Haud negaverim tamen, quin putrescente cortice & ligno, oleus illi, & pinguis humor matris sese insinuet, illamque odoratiorem reddat, sed ut odor agallocho concilietur, minimè putredine opus est. Multi sunt adeo experti & dextris in agallocho dignoscendo, ut etiam de recens dissecto judicare queant, si ne odoratum futurum, an nulla odoris jucunditate spiraturum. Etenim in omni lignorum genere aliud alio præstantius est. Solent autem Malaccæ incola agallochum repurgare antequam negotiatoribus vendant. Quatuor hujus genera enumerauit. Serapio selectissimum est nigrum, varium ostendens colorem, ponderosum (quale illud cuius supra memini,) secundum mondunum, à Mondel Indiæ urbe denominatum, tertium seipsum, quartum alcumatum, seifico bonitate cedens. Quatuor genera, & alii his nominibus describunt Ράδης, ουραφός, ex urbe Sappho, αριδά, ούρος. Garcias unicum se vidisse refert, Indicum nempe. Sane plura genera in officinis observare licet, odore, sapore, ac non nihil colore differentia. Praefertur, inquit Garcias, multum nigricans, cinereis discurrentibus venis, ponderosum, plurimo humore pinguis prægnans, quale raro adfertur, & ingenii pretio venditur, probatio erit si igne accensum multum humoris exudet, non si in aquam injectum subficiat, nam selectissimum quandoque innatat, nec subficit. Guzaratæ incola & Decan, præter supra dictas notas, volunt magna sint fragmenta. An agallochum sit lignum illud, cuius meminit Theophractus lib. V. hist. cap. IV. indagandum est, ego affirmare non ausim. Αἴσοι τὸ θύραπον — ποτιστήσ. Hoc unum obest, quod venæ disurrentes non sint ιατρεψαί. quamvis nonnihil ad rubedinem vergere videantur.

Στίρεξ, Inter aromata, ac ea ex quibus unguenta parantur, numerat styracem, quod etiam facit Dioscorides, à quo luculentet satis describitur. Falluntur, qui styracem dictam putant, quod humor ex eo stiriatim, guttatumque extillat. A Græcis mutuarunt, Latini hoc vocabulum: Στίρεξ Græcis, ινδογερίς τελικυψίς. Pollux lib. I. Τὸ δέρας τὸν συνεργόν τὸ γε μέσον ἀγκύλη τὸ γε πεντάρχην & ινδογερίς οὐ στέρεξ. Contrario modo à Suida, & Thucididis interprete accipitur; nempe pro culpide teli ima, quæ solo desfigitur, quæ τὴν ινδογερίδην opponitur, vocaturque γέροφός & στερετή. ut sit στέρεξ εἰ συνεργόν καλεσθει. sive τὸ δέρας οὐδεποτέ στερετή, & λύχνης διηδρόμον μεταξὺ οὐ θυματα. Styrax urbs Euboiae, & culpis in imo ferro hastæ transversa, qua hasta appenditur, & lancea, & arbor ejus nominis, & suffit. Nomen accepit arbor hæc, quod sagittæ, & id genus arma, ex ea fierient. Strabo lib. XI. Πλεῖστος δέ οἱ στέρεξ — αἴρετο στέρεξ ἀγριοτονει λογιστὴ τὸ στέρεξ. Vnde & styracina fiunt: jacula, corni hastilibus simillima. Officinis storax dicitur, nec hoc barbarum est, apud anticos Latinos vox hæc exstat. Solinus Polyt. cap. 33. Arabes farmentis ejus (myrrha scilicet, paulo infra hunc locum examinabo) ignes fovent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt. Terentius in Adelphi Act. & Scen. II.

Storax, non rediit bac nocte à cena Eſchinus.

Ad hunc locum Donatus:

Et ab odore puer storax.

Virgilii in Cœri:

Non storace idæo vineta perfusa capilles

Cognita, non pedibus teneris Siconia servans.

Describitur styrax à Dioscoride lib. I. cap. LXXIX. Στίρεξ δέρπειται δέρπος τὸν οὐρούς καθαρίσει. Lachryma arboris cuiusdam, corone malo simili. Plinius lib. XII. cap. XXV. Arbor est eodem nomine, cotonea malo simili, lachrymæ ex austero jucundioris, (quidam legunt dulcioris, jucundioris) intus similitudo harundinis, (alter codex habet intus simili modo harundinis) succo prægnans, in banc circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes: ob id (in altero exemplari præpositio hæc non reperitur, delendam esse, quæ sequuntur infra, ostendunt) in scobis descendit. Sed notatur Plinius à Botanicis. Audiamus primum quid dicant: dein an recte, meritoque reprehendatur Plinius, examinemus, cur καρκασίτης (inquit) vocetur, dicere conatus est, sed absurdè: non enim ratio nominis est, quod arundini similis est, sed quod

arundi-

qui in modum gummi facile concrescit. Hujus liquoris partes, quae in scrobo radicis adsitam, deferuntur, cum bac cum ipsa terra permiscantur, nisi si quid majorem in modum concrevit, itaque purum permanet, quod autem in superficiem trunci hæret, per quem defluit, id concretum purumque existit. Faciunt etiam non puro quidquam ligno admixtum & terre, odoratus puro, sed vi inferius, quod ramentum fallat pleyisque; vulgo eo ad suffitum utuntur superstitione plurimi. Styracem omnem dividit in purum, & non purum. Purum iterum dividit, quod nihil terre scrobisve admixtum habet, partique trunci superiori adhaeret; alterum quod in scrobo radici adsitam defluit, ac cum ipsa terra permiscetur. Impurum quod primò ex trunko manat, furfuribus ac ferramentis mixtum. Hoc genus adulterari scribit ligno & terra, attamen odoratus, viribus tamen inferius debiliusque esse. Quod igitur scrobo, ferramentum, furfures mittam habet adulteratum non est, sed quale ex arbore manat. Impurum est illud genus, non adulteratum: Græci recentiores χυμάτην vocarunt, quod copiose, & abundanter effluat, & κύδη manaret, magna que mole circa imam arboris considereret. κύδη enim copiam denotat. Hesychius. κύδη κακούργος, αχέως, εῖναι, συληνός, δαφνίας. Hinc χυμάτην, quod passim & trivialiter abundat. Alterum genus κυλαριτὸν vocarunt antiquiores (de nominis etymo paulo inferius agam.) Recentiores Græci ἄνερη, quod pallidum ex hoc genere esse optimum. Ανερη enim idem quod λευκή, λεγοτ. Lexicon græco barbarum. Ανερη. λευκός, λευκός. id est, aspernum nummi genus denariorum dictum, & album significat. Idem glossæ ἄνερη, ἴνλενγη, candidum, καλαμιτὸν, & ἄνερη, eundem esse styracem ex Neophyto probatur, apud quem legitur καλαμιτόν οὐ πέποντες σύντετος. Ανερη etiam dictum potuit esse storacis hoc genus, quasi ἄνερη, quod furfum aut ferramentorum nihil haberet, sed purum esset, prius etymon magis arrideret. Utriusque styracis meminit Aëtius tetra bib. 4. ferm. 4. cap. ccxii. in confectione mufcati, qualis parabatur, à quodā Orientis comite. Ανερη σύγκανθος μύκητος β' χυματίς τοστον εὔχλατος. At idem in compositione μεσάρτης & cōcūlētōs καρπίου, sic habet, Σπέρας χυματίς λίτης I, ανερη λίτης γ. Interpres χυματίς, liquidus, minus recte vestit. καρπάτος, ut supra dizi, dicitur non quod liquidus sit storax; sed magna cum copia effluat. Ad illud etiam attendendum, cur in priori compositione electi χυματίς prescribat. Hoc jam ex Strabone patet, qui impurum styracem duplē dixit, alium adulteratum, alium impurum quidem, sed qualis ex arbore manavit. Hunc χυματίς αργετος vocat, Officinae χυματίς vulgo. Hujus duo genera, alterum aliquo modo, pingue, alterum siccum omnino ac adulteratum. Quale describit Dioscorides styracem in massa vocant. Ανερη styracem in granis appellant, hujus duo etiam genera, quorum vulgare ruffum, quale Dioscorides describit, alterum gummi instar, translucens. Sed hoc genus perquam rarissime reperitur, dono nobis hujus quædam grana dedit diligentiss. seplasarius Petrus Dommerus. Utrumque genus Isiodorus observasse videtur. Confundit tamen, cum dicit: Distillatio ejus in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis scrobo servatur, illa autem, quæ virgis & calamis inhaberit, munda & albida, inde fulva sit solis causa, & ipsa storax calamites, pinguis, resinosa, odoris jucunda, humecta, & velutis melleum humorē emittens. Restat verba examinamus Dioscoridis. Praefertur inquit ξανθός Plinius lib. xii. cap. xxv. Color in quacunque natione (id est, quacunque in regione colligatur) præfertur ruffus & pinguis laetus. De voce & auctoritate satis superque egi. Styrax quem officinæ in granis vocant, ruffus est, & talem legitimam ex Galeno lib. i. ιητην probatur. Verba vide infra. Ex eodē janu citato loco constat ξανθός, pinguis legendum, ut vulgati codices habent. In Aldino codice πυνθανεται; id est, sordidus legitur. Talis est styrax in massa. Vulgata lectionem defendunt Aëtius & Oribasius. Storax hic præterea debet esse resinolus, albanticibus grumis, quam diutissimè in sua odoris gratia permanens, qui que dum mollitur subigiturq; melleam quandam humiditatem ex se remittit. Hæ omnes notæ, in styrace, vulgo in granis dicto, reperiuntur. Recte melleum dicit, expressus enim liquor ex hoc storace mellis natu ram habet, dum adhuc liquidus est. Mox enim dure scit, ac clarus, splendens, translucensque fit. Hoc styracis humore, diligentiores pharmacopœi, in Theriacis

compositione, utuntur. Effari nequit, quam gratus huic odor, quem ad nensem unum alterumve servat; demum remittit. Non enim tam diu odoris bonitatem, ac qui non expressus est, servat; ut qui in partibus adeo solidis ac densis non continetur, facilius igitur dissipatur. Falluntur, qui storacem liquidum Officinarum, melleum ilium liquidem esse putant. Non vult Dioscorides duo styracis esse genera, alterum liquidus, alterumque concretum instar gummi, utrumque concretum vult. Sed ex altero quod plurimum ad fertur exprimi melleum humorem, quemam diximus. Primum styracis genus, quod ξαρός dicit, si liquidum esset, non foret alblicantibus grumis, nec ea quae molliuntur subigunturque, ut melleum emittant humorem, humida sunt, sed sicca & concreta. Nec quod vulgo styracem liquidum vocant, melleus ille est humor, ex styrace hoc ξαρός expressus. Vili enim pretio emitur, cum ille styrace ipso pretiosior esset, praeter rationem enim est, residuum optimo & extra-cto pretiosius cariusve esse. Storax liquidus, de vulgaris dicto loquor, venditur ad summum, quatuor solidis, cum pessimus storax, qualis, qui in massa 16, optimus in granis 24 & 30 venditur solidis. Storax vulgaris liquidus quid sit, dicam. Exprimitur ex recentibus styracis arboris coricibus, admixto oleo, ingentibus torcularibus, ut referunt, qui Asiam minorem, & Aegyptum peragrarent, quibus in regionibus exprimi cortices hi solent. Expressos cortices officinae nonnullae Germaniae, etiam Bataviæ storacem rubram appellant, Itali regnane vocant. Siculis & Calabris buftri dicitur. Bellonius à Græcis mauro capno nominari auctor est. Optimus, inquit Dioscorides Catabalites, itemque Pissidiacus, Cilicius. Depravatum volunt comedem. Corrigunt καλαμίθη. Atqui non designat Dioscorides nomen, sed regionem locumque, in quo nascitur styrax; quod quæ sequuntur satis ostendunt. Quod autem Galenus storacis genus quoddam calamitem vocat, nihil facit ad rem. Nam, ut dixi, non agit de nomine; sed natali solo Dioscorides lego ξαρόν. Sic Plinius loco citato: Proxima Iudeæ Syria, supra Phœnicem styracem gignit, circa Gabala, & Marathunta, & Castum Seleucia montem. Gabala, inquit Plinius lib. v. cap. xx. Promontorium in Ora Syriæ, in quo sita est Laodycea, libera civitas. Ptolemæo vero, lib. v. cap. xv. & Straboni lib. vi. Syriæ urbs est. Pisidia est regio minoris Asiae, inter Lycaohiam & Isauriam, cuius populi Pisidæ dicuntur. Constantinus de Provinciis Orient. τὰ νῦν αιγαλοῖς καλεῖσθαι θέμα. (Græci infimi, sive recentiores Asiam minorem, orientalem vocant Provinciam) ιωνίων εἰδῶν κατοικεῖται, Φενύων, Λυκαόνων, Γεων, Πατιφύλων Πισδῶν. Quæ nunc orientalis dicitur provincia, e quinque gentibus constat Phrygiis, Lycaonii, Isauris, Pamphyliis, Pisidis. Hæc addidi, ut Tralliani locus lib. viii. cap. xl. facilius intelligi possit. Στύραξ ή Γαραγέα, ἀπόνητα στύραξ ή γάρ η. Styracis Isauricæ, alioe hepaticæ singulorum uncios tres. Plinius lib. xiiii. cap. xxv. Syrax laudatur, post supra dicta ex Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta minime, ex Amano Syria medicis, sed unguentariis magis. Dicit minime laudari medicis; qui ex Amano Syria veniebat, sed unguentariis magis; quia fortassis magis succosus, ac resinosis, ideoque unguentis, & χειρομάσιον utilior. Idem Plinius cap. xvii. Ex Syria rechubunt styracem, acris odore ejus in focis abigentes suorum fastigium. Cetero non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata, cibosque Sabæi conquant Thurius ligno, alii myrræ oppidorum vicorumque non alia, quam ex aris, fumo atque nidore. Ad hunc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hircinis, sufficiuntque rectæ, adeo nulla est voluptas, quæ non assiduitate suis patiarat fastidium. Eundem ad serpentes fugandas, utuntur, in odorigeris silvis frequentissimas. Græci, ex quibus hæc haber Plinius, styracis mentionem faciunt nullam: Diodorus Siculus lib. 3. bibl. i. δὲ σὲ πολὺ τὸς ιχνιοῖς οὐεβαῖτε φέρε τὸν ιδεῖνον τὸν μακρὸν ρόλον τὸν στοιχεῖον. Διπτομήριν γέ τοισι τοισι τοισι ακρατεῖ τὴν τραχικὴν φύσεος, τοισι οὐκέτε τὸν ὄγκον εἰς ἀραιόμενον οὐασθεῖτε, Ικλυτοῖς ἐπιχειρεῖ δευτερόντος διοπῆς τοις τοις ποιοῖσι σφαλτοῖς θρησκευμαῖσι, Ε τοφηνοῖς πιστωταῖς, τοῖς ιναργαῖς φύσεοις καταπλακέσιοι τῷ υπερβολὴν τὸ διδοῖς. Singulare quid incolis longo debilitatis morbo accidit. Nam quia immoderata penetrandi vis corpus perflat, & concretionem partium ad laxitatem redigit, difficulter curabilis tandem exsolutio consequitur. Id circumbitumine, hircique barba suffitum ægris faciunt, ut nō

*mias fragrantiae vires, contrariis odoris naturae expugnent.* Strabo lib. xvi. Καὶ εἴπερ οἱ ἄλλοι τὸν εὐαδῶν, αἰχμῇ τῷ κόπῳ, δοφάτης θυμαῖας, καὶ τρέψεις πύγων. *Vbi fragrantia caron* (est genus soporis stupidi) *induxit, bituminis sus-* *fatu, & hirci barba eum abigunt.* Omnes hæc ex Agatharchide habent, apud quem legitur, τὸν ἀλλὰ τὸν τει-

δαρικὸν διβαττοῦ τὸν ἔσθιον τοῦ θεραπευτικοῦ εἰναι τὸν λιγ-

πτομέτερον τοῦ μαρτσίου τὸν αἰρετόν τὴν τριτικὴν διατήρησαν, τὸν τελε-

σθεντὸν τοῦ κειστοῦ ἐπιτελεσθεντὸν, ποστελευτικὸν διατητόν. τοτὲ δὲ αἰσφαλτοῦ βροχὴν τὸ διδοχημάτων τὸν τεράγγελον τοῦ ποιεύ-

τος αἴφακοῦ τὸν ἄρα εὐαδῶν τὸν δέπτοφορον πατερεβολόν. *Verum* *tamen cum non sita informare, ne regere vitam possunt, ut* *in bono semper statu permaneant (immisus enim spiritus* *facultate incisoria corpus perflatum & constipationem* *e-* *ius moderatam sic in plura deducit, ut ad extremam tan-* *dem laxationem redigatur) huic vitio, ut medeantur, pau-* *xillum bituminis, & hirci barbam ægrotis succendent, at-* *que ita, nimium fragrantie perpetuo exspirantis excessum,* *amoliuntur. Καὶ τῷ μίλει τὸ δοκεῖται λυπῆ, τὸ τε τὸ βλαβερόν* *τοποκατεύθυνσιν, & quod voluptati noxiū est, attemperatio-* *ne eius, quod molestum huic esse videtur, reprimunt. Nota* *diversam hic lectionem. In nonnullis enim codici-*bis legitur, ἀναθεγγεῖ, in aliis ἴμφεγγεῖ. Priorem sequi-**

τur Diodorus, posteriorem Artemidorus apud S. rabo-

num. Dissert enim Strabo ab Agatharchide, & Diodo-

ro, quod morbum soporiferum ex odoribus contrahi-

dicat, illi vero spiritus sive corporis resolutionem inde-

fieri scribant, quod verisimilius est, aromata enim ma-

xima discutiendi, resolvendique vi prædicta sunt. Sed

quia caput vaporibus replēt, non mirum si ex vaporib-

us illis caron morbus soporiferus fiat, cui medetur bi-

tumen, quod fœtidum valde est, & notus est ille A-

phorismus, contraria contrariorum sunt remedia. Vi-

deamus verba Plinii, styracem inquit ex Syria revehī,

ac accendi ab Arabibus sive Sabaeis, ut hujus cum pelli-

bus hircinis, iusti odore, abigant suorum fastidium,

hoc est Thuris & myrræ, qui licet suavissimi ac ju-

cundissimi, propter nimis tamen frequenter, & assi-

duum usum, parvum fastidium Arabibus, varietas enim

facit delectum, voluptatemque rarior commendat u-

sus, itaque odore peregrini & inusitatī satisque ingrati,

ac gravis (talis enim pelle exhibent hircini) eum ab-

stergunt odorem, atqui Græci non inde, Arabes fastidium

pati tantum scribunt, sed morbos & resolutio-

nes, ut inquit Diodorus & Agatharchides curatu diffi-

ciles, & periculosos. *κακούσιον* inquit, Agatharchides *ιχ-* *αντί.* Diodorus *τέλευτος ἵππος λαθεῖ δυσβόθος.* Forte Plinius

hæc habet ex his Agatharcidis verbis: παρὰ αὐτοῖς οἱ τοῖς

σαβαΐοις οἱ μόνοι τῶν εὐαδῶν αεροτάτοι, οἱ δικαῖοις ἐλλαπῖτες, τα-

ῦδος κυδελεῖτες, ευντίτες, χυτοῖς οἵ τινος ἀεροτάτοι, αεροτάτες τὰ κα-

καρκούτα, μεταβολῆς τοῖς βοῖοι, τὸν τοποκατεύθυνσιν. Apud Sabaeos

stirpium fragrantium quidam odor summus est, sed voluptas

minor. Nam quod ab ipsa infanția assiduum est minus qui-

dem lædit afficitque sensus, sed obtusiores reddit nulla vita

commutatione adjuncta. Forte inquam ex verbis dictis

id habuit Plinius, confundit tamen res duas. Nam Ar-

abes dicit urere styracem in pelliibus hircinis, ad sa-

nandum suorum odorum fastidium, cum styracem tan-

tum incenderent ad pellendum fastidium: hircini vero

pelliibus intererent ad morbos sanandos. Ipse Plinius

eodem capite: *Peregrinos ipsa mire odores & ad exterios* *petit, tanta mortalibus suarum rerum saictas est, & alie-* *navum aviditas.* Hunc locum Plinii misus feliciter ex-

scripsit Salinus: *Arabes sarmentis ejus (myrræ) ignes* *fovent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis* *occurrant, plerunque insanabiles morbos contrahunt.* Falsum est quod scribit, folius storacis odore occurri-

insanabiles hos morbos. Immo odore storacis malum

ingravesceret, Suaveoleus enim est storax, & contra-

rium foetidus, gravis ingratusque odor morbum hunc

prohibet pelliq; nec Plinius solo odore styracis malum

hoc curari prodidit. Quantum ego ex his colligere

possim, res ita se habet. Arabes styracem urebant ad

tollendum fastidium eorum odorum, quibus regio

scatebat, ut Turis, myrræ, &c. Morbis autem quos

contrahebant ex abundantia ac vehementia bonorum

odorum, sive sopor stupidus, sive spirituum defe-

ctio, resolutioque erat, occurrabant malis odoribus

bitumine, pelle vel barba hircina. Ad Dioscoridem

revertor, hic deteriorem styracem inquit nigrum,

friabilem ac furfurosum. Plinius loco citato: *Deterior* *furfurosus & cano situ obductus.* Græci Dioscoridis, co-

dices variant, Alii enim φαγεῖς, alii φαεγεῖς, non ma-

qualis portio. Nonnulli quoque ceram aut adipem, aromatis imbutum, ad solem acerrium, una cum styrace subigunt, & per colum latis foraminibus per-vium in aquam frigidam, quasi vermiculos effingentes exprimunt & venundant. Styracem hunc ideo scole-ritem, quasi vermiculatum cognominant: atque imperiti tanquam sincerum admittunt, non attendentes ad insig-nem odoris vehementiam. Est autem admo-dum acris, qui fraudis expers est. Plinius adulterari quidem scribit: sed effigi in vermiculorum formam non tradit, Adulteratur, inquit, cedri resina vel gummi, alias melle aut amygdalis amaris; omniaque ea depreben-duntur gustu.

Nāēm. Quid sit ignorō. Nec Plinius ejus meminit lib. xiiii. cap. secundo, ubi locum hunc exscribere videtur. Ergo regale unguentū appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur. Constat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo, comaco, cardamomo, nardissipa, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo, juncoque Syrio, ἐνανθε, malobatio, sarichato, cypero, aspalato, panace, croco, cypro, amaraco, colato mello, vino. Nartes mentio nulla; contra myrobalani, malobathri, sarichati, &c. Sarichatum quid sit ignorō. Puto scripsisse Theophrastum *νάργιζον*, Hoc in aromatibus & luffumigis locum habuit. Proximeque ad vulgatam lectionem accedit. De hoc, uti & malobathro non nihil dicendum erit. Primum de malobathro, μαλοβάθρο five μαλοβάθρο, Græcis κατ' ἔποις Φύλλον dicitur. Plutarchus in tractatu an bruta ratione utantur. Τάλλα οὐ σύν σύχοιτε κακίπτε ίμην. τῷ θυμαράβῃ, τῷ γάρδου, τῷ φύλλᾳ, τῷ καλαμίτῃ ἀσθενίσεις. Gérponius auct. lib. 7. cap. 17. Φύλλον σφαριόν ή. ιουδαιον γδ παιχνι. Folii pilulam unam, hoc bonum odorem conciliat. Latini etiam per excellentiam folium vocarunt. Ovidius lib. v. Tristat.

*Ossa qui cum foliis, & amomi pulvere conde,  
Inde suburbano condita pone sola.*

Folii, φύλλον τε nomine intelligunt malobathrum. Alii φύλλον μαλαβάθρον appellare malunt. Galenus lib. vii. simpl. Μαλαβάθρος φύλλον ναρδες σπεχνη ασθενεισιν ιστη δίκαιαι. Idem Άττιος Andromachus in compo- Theriaces.

Μαλαβάθρον καὶ λόφοι φύλλων, μετὰ ὅπεραλίσκω μαλακή πηγή.

Idem in comp. Hedichroj.

Σμέρης τ' εἰς ὁραχεῖς καὶ φύλλου μελαῖσθροι

Idem Ätius lib.2. Μαλαβάθρου φύλλον καλόν ἐστι τὸ σφέσιν. Græci recentiores modo φύλλον absolute modo φύλλον ἵδεκτον scribunt. Glossæ medicæ μαλαβάθρη, φύλλον ἵδεκτη, Quod nomen passim à seplasariis audir. An φύλλον ἵδεκτη, & ψελαβάθρη, idem sit, ad finem capitit examinabimur. Isidorus herbam paradisi vocat. Fertur, inquit, esse paradisi herba, gustu nardum referens. Nomen illud accepit ab excellenti odore. Plautus in curculione: petalion vocat.

*Tu stade, tu cinnamon, tu rosa es  
Tu crocum, tu casia es, tu petalion.*

Petalion à Græco πίπιλον quod folium significat. Etium lib. VII. cap. XCVIII (in Græco Codice) & cap. CXXII. lib. XVI. Φύλλον συλλαμψθ vocasse, dictiorum est opinio. Πρόφθατος κυκνεύμιντος ἀπὸ γῆς, φύλλον συλλαμψθ 23 a. Probant hanc suam sententiam, quod locis citatis, tam præcedentibus, quam sequentibus medicamentis ingrediatur φύλλον, simpliciterque scribatur φύλλον, ut non aliud per συλλαμψθ φύλλον velle videatur, quam ipsum malabathri folium. In tanta obscuritate nihil concludo. Describitur à Dioscoride lib. I. cap. XI. Μαλάβαθρον ἔπος πανδαμάνιον εἶναι τὸ Ιδικὲς τερρόν Φύλλον. Πλαστέριστον, τὸ δὲ τὸ καὶ τὸ δέρμα ἐμφέρειν φύλλον (Ald. Codex πολλεῖς γάρ εἰσιν ὅπεραν τερρόν οὐ τοῦ Φοῖ) πολλὰ γάρ εἰσιν ὄμοια τῇ δέρμῃ τερρόν οὐ τῷ Φοῖ απεσχετικόν εἴησας (Lon. Cod. απετρίχεις. Ald. ἀπὸ τοῦ ἱηγείου ιπιάς) τούτοις ἴσις (Al. ίη) ἡ ἕπτα. Ιδίον γορίς εἰσιν γύνθον. Φυλόμερον εἰς τοῦς ἰδηγίοις τίτλοις, Φύλλον ὁ ἵππονηχαλμόν τοῦ ὑδάτη, καρδιπέτε ἐπὶ τῶν τελευτῶν Φακῆν, ῥίζαν σπῆκχον. ὅπερ συλλέγεται, σινήσις Διγλυκίστον λίθον, καὶ ἔπειρον αντίθετες. Φασὶ δὲ τὴν Ιαρίαν ἀνακηρυγμένην Βύδανθον, καριδίδην, φρυγανίον τοῦ γυροῦ. Μήδομορφον δὲ τύπος μίκτην φύσιδην εἰσὶ δικαλοντες τὸ πρόσφατον, καὶ πανδαμικὸν εἰς μελανίζειν (quidam μελανίζειν ἀθρεπτον εἰ) ἀθρεπτοντες εἰς ὀλοκληρον, τηλεκπέτη τῷ οὔμεγῃ, εἰς ἀπλαγμένον τῷ ἴωαδίᾳ, γαρδίζον (Ald. νάρδον, alias, si tacuisse credimus γαρδίζον) εἰς καὶ τὴν ταύτην μὲν

Διόσκοριδης, ἵεστιν τὸν ἄφορο, φαῖτο. Id est, Malabathrum nonnulli nardi Indica folium esse arbitrantur, odoris quadam cognatione decepti. Sunt enim multa odore nardo similia; veluti, pnu, asarum, neris: seclusus autem se res habet. Etenim peculiare genus est, quod in paludibus Indicis gignitur. Folium, id est, quod lenti palustris modo aqua innatans, nulla fultum radice, id ipsum collectum, statim lino trajicitur, siccatumque reconditur. Ajunt & aqua per aestivos ardores exsiccata, cremis fomitibusque aridis terram peruri: atque id nisi fiat, non amplius renasci. Laudatur recens, & in nigro quodam albicans, minimè fragile, integrum, nares odore feriens, insusque suavitate diutius implens, nardo sapore simile, nullo salis gustu: infirmum vero & minutatim concisum, quodque recepta vetustatis carie situm quasi redolet, viuosum est. Tria hic consideranda. Primo error eorum qui malabathrum nardi folium existimarunt. Deinde quomodo nascatur hoc folium, & quæ recentiorum de miribili hujus nascendi modo, opinio. Demum forma faciesque. Quod ad primum, recte olim cecinit Cato-Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Ipse Dioscorides ab hoc non immunis errore, vide lib. 2. cap. x. de onychi.

*Ἐν εἰπούμενοι οὐ τῇ Ινδίᾳ οὐ τῷ ναρδῷ φέρογις λίμναις. Διὸ καὶ δέσμωστές ταῦτα τῷ κακούλῳν τῷ ναρδῷ. Συνάγεται δὲ ἐπιδώσις τῷ ἀνχεῖν αὐτοῖς γενέθλιον τῷ λίμνᾳ. Is in lacubus nardiferis India reperitur: quapropter & conchyliis nardū depascentibus odoramenta respicit. Colligitur vero postea quam aestivū squaloribus lacus inartuerunt. Hæc de malabathro scripta. Non enim nardus in paludibus, sed malabathrum provenit. Nec hæc de nardo gangite intelligi possunt: nam nardus gangites, non in iplis paludibus, ut malabathrum, sed apud Indiae fluminis ripam nascitur. Eodem in errore Plinium reperio, lib. & cap. xxi. Pretium spica in libras x. c. Folia dividere annonam: (sic cum antiquo codice legi monent Pintianus & Salmasius) ab amplitudine hadrosphērum vocatur majoribus foliis. xxxx. quod minore folio est Mesosphērum appellatur; emitur x. (id est denariis) Lx. Laudatissimum microsphērum è minimū folium: pretium ejus x. Lxxv. Odoris grata omnibus major recentibus. Nardo colore quis in veteraverit. Hæc Peripli auctor tradit de malabathro: verba paulo infra adferam, ubi etiam hunc locum corruptum Plinius examinabo. In India nasci scribit Dioscorides. Horatius tamen Syriacum vocat lib. 2. carm. oda. vii. ubi caput malabathro coronatum refert.*

Pompei meorum prime sodalium,  
Cum quo morantem s̄epe diem mero  
Fregi, coronatus nitente&  
Malabathro Syrio capillos.

Non à solo natali Syrium dicitur, sed quod ex India in Syriam, ex Syria Rōmam deportaretur. Sic calamum aromaticum Romani Alexandrinum dixere, quia ex Aegypto habebant, per Alexandrinum catalpum, sic πεπενεπενης hodie vocatur, quod a Sinenibus in Indiam, ex India per finum Barbaricum in Arabiam, Syriam, aliaque Europæ regiones invehatur. Errat Plinius cùm lib. 2. cap. xxvi. scribit. Dat & malabathrum Syria arborem folio convoluto, &c. In Indiis, ut Dioscorides scribit, provenit, in paludibus, lenti palustris modo aqua innatans, quod idem etiam Plinius loco citato scribit; Laudatus tamen ex India venit; in paludibus ibi gigni tradunt, lenti modo, odoratiss. Hunc nascendi mirabilem modum rident Neoterici. Scal. de subtil. Exerc. 140. Nam de malabathro veteres somniarunt; qui enim universas Indias penetramus hodie nusquam folium illud mirabile compertum habemus. Idem exerc. 146. An vero hoc sit malabathrum antiquorum? Ad hoc non respondebo. Quia mendaces Graci, folium Indum in aqua natare palustri, sine radice prodidere. Cujusmodi toto Indiae orbe nullum compertum est. Quærunt adversariorum auctores, an malabathrum fuerit Dioscoridi cognitum? Deinde qui possit fieri, ullum ut sit folium, non modo sine caulin administriculo, sed etiam sine radice, id est sine ore: & tamen solitum sit filo trajici, quia odorum, magnum, crassum, & humentis natura: ideo solitum filo transi ad siccandum. Quare satius sit de illo fateri, nos nescire, quam de prijs minus sensire,

aut à nuperis parum gratia int̄re. Veteres novisse malabathrum ex eo constar, quod odorem saporemque describant. Ad alterum responderet, mercatores veteribus Botanicis imposuisse, idque non malitia, sed ignorantia. Etenim cum viderent innatans paludibus folia, ea sine radice esse judicarent: Forte, quod radix parva & exigua admodum sit, & quod reperiuntur rei botanicae ignari, qui potamogenet sine radice vivere existimant. Eodem etiam modo cùm paludibus malabathrum innasci conspicerent, imaginati sunt, radice carere, nec de veritate solliciti admodum inquirere solent. Vel sine radice vivere scriperunt, quod tenuis & exilis ea sit, nulliusque usus. Sic Dioscorides lib. 4. cap. 187 stotiorum sine radice vivere scribit. vide cap. 9. lib. 4. hist. Quod non amplius advehatur, id fieri potest indigenarum culpa, ut Balsamum quandoque in Aegypto deperditum, Malabathrum enim non renasci trahunt, nisi siccatis aestivo fervore aquis, humus aridis cremis fomitibusque peruratur, quod cùm à natura sorte jam diu non sit factum, vel ab indigenis omissum, ob eorum negligentiam, facile evenire potuit, ut malabathri genus deperditum sit. Quoda nemine reperitur, fit, quod nemo herbarum peritus eo proficisciatur. Quod Garcias non viderit, id accedit, vel quod non fuerit eo tempore in India, quo siccatus aestivo perustus fuit. Vel quod totam non peragrari Indianam. Porro reprehendens Scaliger, quod paulo acris & immodestius in antiquum scriptorem egerit. Non enim convitiis, vanisque contentionibus veteres sunt reprehendendi, praesertim is qui optime de re botanica meruit, ac in ea ceteris anteferendus. Considerari magis oportet, an sit proprius auctoris lapsus, an interpretis, an alterius cuiuspiam, qui vel auctoris libris quid addidit, ut hoc in Dioscoride non semel factum fuisse notum est, sic fortasse & hoc loco: nam ea quæ de natali malabathri hoc capite scripta sunt, in Oriofacio non reperiantur, apud quem scribitur μαλαβάθρη φύλλα καλλιτελέα in τῷ περὶ φαρμακῷ. Quod non leve est argumentum hæc accrevisse, quod tamen affirmare non ausim. Enī τοις inquit Dioscorides πλάκαι. Ifidorus ῥεματι legisse videtur, Foliū dictum quod sine ulla radice innatans, in Indiae littoribus colligitur, quod lino perforatum, siccant Indi atque reponunt. Sic scripsisse Dioscoridem non sit verisimile. Quæ enim sequuntur, lenti modo in palustribus nasci, contrarium docent. Id ipsum inquit collectum statim lino trajicitur. Auctor Peripli non lino perforari ac trajici scribit, sed ipsis nervis sive fibris calamorum sive virgarum malabathri. Narrat hic quomodo malabathrum à Sesatis populis, qui finitimi sunt Cirradibus, apud quos teste Ptolomeo præstantissimum provenit malabathrum (Nolo multum contendere, an σίνατα) an βίσαται, ut apud Ptolomeum legitur, dicantur) Verba Ptolomei addo, ut probem eodem in loco nasci malabathrum; in quo Peripli auctor nasci scribit. Μήτ' οὖτε τὸν μαλαβάθρον πλάκαι, οὐδέποτε δέ τὸς τέλος τὸν βισάται. Εἰσὶ γὰρ οὐδέποτε, οὐδὲ διατείνεται, καὶ τοις τοις οὐδέποτε. Λόγοι μέντοι τὸς ζεύς, τοις δὲ τῷ καρπάδιαι τῷ θεῷ φάσι γίνεσθαι τὸ καλλιτελέα μαλαβάθρη) in Indianam aliasque regiones deferatur: hos populos quotannis ad confinia Sinarum populabundos (non secus ac apud nos quos Heidens, Ethnici vocant) vagari cum prole, & uxore, tegetibus vel firpeis onustos, quæ foliis referuntur sunt, vitium folia referentibus πλάκαι, inquit, Καὶ γίνεται τὸ περὶ βισάταις φαρμακόν γε μαλαβάθρη τῷ περὶ φαρμακῷ (sic corredit Doctissimus Salmasius) μαλαβάθρη folia sunt vitium adhuc viridia, ξηραπεπίλια siccā, & arida) eas firpeas sibi sublernete dum in illis divertuntur regionibus. Ibi enim plures dies agere, ut ab incolis prædendentur quocunque possunt, deinde ad suās sedes reverti. Postquam demigrarunt, Sinenes ad ea venire loca, strataque quæ relicta sunt colligere, malabathri que folia in globulis convolvere & complicare. Hinc Plinius loco citato Dat & malabathrum Syria, arborei folio convoluto; arido colore. Non errat Plinius, ut docti opinantur botanici, habet hoc ex Græcis, apud Aeginatam. lib. 4. cap. 48. legitur φύλλαν μαλαβάθρη φαρμακον, auctor. lib. vi. cap. vi. φύλλα μαλαβάθρη (depravatε μαλαβάθρη in MS. μαλαβάθρη) σφαιρισ, id est five πεπάντα. Idem Lib. xx. μαλαβάθρη φύλλον σφαιρισ φ. εφαίσαο quod instar pilii globulique convoluta sint

folia. Hinc facile colligi potest Plinii locum cap. & lib. XI. supra citatum depravatum esse, ab amplitudine, inquit hadrosphērum vocatur majoribus foliis. In exemplari Salmant. pipulis scribitur. Toletano in pipulis. ut Doct. monet Pintianus. Toletani codicis lectionem probat doctiss. Salmasius, qui in codice Palatino sic etiam scribi auctor est. Pipula idem quod pilula. Et Gloss. pipula κυνίς. Non inepte pilulus legi posset, Hadrosphērum inquit vocatur quod majoribus, mesosphērum, quod mediocribus, microsphērum, quod minimis constat pilulis. Hæc Plinius, ut supra dixi, De nardo. Peripli auctor de malabathro his verbis, οἱ ἡγεδονιῶπις (sic legit doctiss. Salmasius, vulgo οἱ τόποι δηκωτοί) τοῖς ὁρμήσασιν τοῖς τόποις, καὶ συλλιγοῦσι τὰ εἰναιά παρόματα, η̄ εἰπασαντες καλάμηρος τέσ λευκόφρους πέτρους ἵκι λεπτὸν επιθετάσσοντες τὸ φύλλον καὶ σφαρελῆ ποιέτες, διερχοῦ (vulgo δικρίσονται) ταῦς διπλοῦ καλάμους ἵκις. Γίνεται ἢ φύλλον τεῖλον. οἱ μὲν τοῦ μελίσσου φύλλοι, τὰ αὐρόφυλλα μαλαβάθρου λευκόφρου, οἱ ἢ βαθεῖτες τὰ μετσόφυλλα, οἱ ἢ βαθεῖτες τὰ μικρόφυλλα. Qui haec obseruant, post illorum discessum, ad loca illa accedentes strata illa colligunt, & ex calamis illis quos Petras appellant, nervis fibrisque extrahit, & foliis in orbem convolutis & complicatis, fibris calamorum trajiciunt: tria genera fiunt, quod ex maiore sit folio hadrosphērum malabathrum dicitur, quod ex mediocri mesosphērum, quod ex minori microsphērum. Tria ergo fiunt genera malabathri, ac deferuntur in Indiam, ab illis qui ea præparant & conficiunt. Eadem hæc Plinius de folio nardi; quod vel cum malabathro confundit, vel eorum errorem sequitur, qui malabathrum nardi folium esse putarunt. Cæterum auctor hic fibris, non lino, ut scribit Dioscorides, pilulas has transui scribit. Ex hoc etiam auctore lego διεργάτης λίνον, non ut vulgo Διεργάτης. Διεργάτης verbum Dioscoridi iatis familiare. Lib. I. cap. I. de iridis radibus. οἱ γένη μετα τῶν τομέων ξενογράφων οἱ οὐλαὶ τὴν διεργάτην λίνον διπλάσιον, Idem lib. V. cap. XXV. De aceto scillino καθέρας λαβανὸν τοιλαῖον τὸ γαντετοῦν καὶ διεργάτην λίνον. Ex purgatam scillam, quæ candida sit, scitasque taleolas lino trajectas. Apud Theophrastum I. 11. legitur διεργάτην τὸν παστόλινον, &c. Laudat Dioscorides recens, & in nigro quodam albicans. Plinius loco citato, Laudatur nigricans scabrumque, quodam salis gustu, minus probatur candidum, ceterim situm in vetustate sentit. Sapor ejus nardo similius esse debet sub lingua, odor vero in vino servesacti antecedit alios. Dissentit à Dioscoride Plinius, qui probat quod ex nigro quodam albicit, etiam quod nullum salis gustum præse ferat, de sapore mox. Doctiss. varius Dioscoridis codicem depravatum purant, & corrugunt τοσόλοντα οἱ τὸ μαλανίζεται, id est, subalbidum in mollescendo. Prior enim, inquiunt, textus, pa- rum est sensu sequaci & congruente, si enim dicamus, & in nigrescendo infragile, nec in partibus discepsum, quis erit sensus, & quæ rei natura? Siquidem nulla in colore causa est, cur quid magis minusve frangatur, & in suis partibus integrum servetur. Accedit & illud, quod copula illa τι verbo. subjecta alterius in sermonem, membra velut principium facit, quique in lectione Græcorum consueverunt, facile in aliis hoc observare potuerunt. Quod nisi Plinius, Græcique, & Latini sere omnes, nigricantem malabathro colorem assignarent, confidentius & hoc loco vitium contestarentur. Unum invenerunt codicem, in quo legitur τὸ μαλανίζεται ἀγρανον τὴν ἀδέκανην. Quorum verborum sit sensus, & in mollescendo infragile, & in suis partibus integrum, ut nihil de colore illuc agatur, sed de tenaci lentore, doceatque Dioscorides probari Malabathrum, id quod recens & albidum sit, quodque dum mollescit, lentorem admisit, tenaces vires tunc acquirat, fiatque infragile, & in suis partibus integrum servetur, quod in multis humor nativus, & accedens facit. Fiunt enim eo validiora & firmiora, quemadmodum contra arescientia, siccaque franguntur, discerpuntur, frianturque facile. Vulgatam servo lectionem, quam Orbasius secutus est, particula τι non reperitur in codicibus expressis, & superfluum est. Verbum μαλανίζεται, refero ad τοσόλοντα, non ad ἀγρανον; ut sensus sit, in subalbido nigricare folium, id est subalbidum esse,

sed tamen in eo quid nigredinis apparere. Plinium & Diocoridem quidam conciliare conantur. Utrumque medium & ab utroque extremo discedente colorem assignasse malabathro, ac quoniam nullum esset ejus coloris nomen, alii ab hoc, alii ab altero extremo sumperunt ejus indicationem, sed hoc nobis non satisfacit. Plinus enim nigricans probat; damnat candicans, quod laudat Diocorides. Nullo salis gustu, inquit Diocorides, contra Plinius; cuius lectionem Doctiss. probant. Nemo inquiet salis gustum habere dubitat, nisi quis forte ambigat quod in paludibus nascatur. Quæ in paludibus nascuntur salsa esse non solent, quare Diocoridis probo lectionem. Atque hæc de malabathro veteres. Examinandum erit an φύλλον folium, & μαλαβάθρον idem sint. Hanc qui defendant opinionem, utuntur hoc argumento, quod versu Andromachi, aliisque locis citatis, scribatur φύλλον μαλαβάθρον, uti etiam lib. IV. καὶ τόπους cap. VIII circa finem. Quod magni momenti nobis non videatur. Majoris ponderis est, quod apud Geoponicum auctorem modo μαλαβάθρον φύλλον σφαίραν, modo φύλλον σφαίραν reperiatur. Nec minoris valoris, quod apud Etiūm lib. VI. legatur φύλλον (vulgo φύλι) τὸ βαθεῖτα φύλλον. Contrariam qui defendant opinionem, hæc fere dicunt, Quod apud Galenum in uno, eodemque unguento, unguenti malabathrini, & foliati fiat mentio. Uti in lib. καὶ τόπους, & de sanitate tuenda: sed respondent, non inde concludi Malabathrum a folio diversum esse, sed diversam fuisse hujusmodi unguentorum compositionem, & ad differentiam alterum malabathrinum, alterum foliatum vocatum. Sic & sampsuchini & amaracini confectionem docet Diocorides, cum amaracus & sampsuchum eadem sit planta. Addunt quod Actuarius in compositione Hedychroi folii & malabathri meminerit, illud in curia Librariorum factum esse respondent, alterumque ē marginē in textum perperam translatum esse; idque docent, quod ab auctoriis alijs, qui eandem compositionem descripsere, omittatur. Nota Galenū bis de nerio agere vide lit. N. & R. Præterea, Galenus de utroque folio & malabathro in libr. simpl. med. facult. egit, & quidem lib. VII. De malabathro, ubi ait, Μαλαβάθρον φύλλαν τάρδου τοκχοῦ τοσόλοντος, ιστὸν τὸν διταῖμιν; & lib. VIII. φύλλον μαλαβάθρου ταρδοτοσόντος τὸν διταῖμιν. Verum ut fatear, suspecta admodum hæc sunt; alterum enim vel irrepsit, vel bis de una eademque re egit Galenus: utroque enim loco idem dicitur, sive enim μαλαβάθρου φύλλον vel φύλλον μαλαβάθρου dicas, perinde est, quare hoc argumentum pro iis est qui contrariam defendant sententiam. In super Diocorides lib. II. cap. XV viperam ori gratiorem inquit si immisceatur spicæ nardi, folii, aut Malabathri momentum. Εἰσοις μιγούσις τοὺς ινσημαχίας ἀντοῖς ταρδοτοσόντος η̄ φύλλον η̄ μαλαβάθρου βαρχοῦ. Locus sic aliter atque aliter in codicibus legitur. Vetus Codex habet η̄ μαλαβάθρη, η̄ φύλλα βαρχοῦ. alter vero η̄ μαλαβάθρου φύλλον βαρχοῦ. Et hæc quidem lectio pluribus locis citatis respondet. Denique auctor parvi Dynameri in compositione Hedychroi φύλλον ιδικῷ η̄ μαλαβάθρου folijs distinguunt. φύλλων ιδικῶν γε γε φύλλων μαλαβάθρου γε τοῦ ταρδοτοσόντος γε τοῦ. Depravatus est codex, quod ex compositione Hedychioi, quæ apud Græcos reliquos reperiatur, constat. Legendum φύλλων ιδικῶν η̄ μαλαβάθρου γε τοῦ ταρδοτοσόντος γε τοῦ. Sed hac correctione non est opus, siquidem φύλλων ιδικῶν in totum diversum à malabathro, nec veteres φύλλων ιδικῶν meminere, recentiorum inventum est. Recentiores Græci, ex Arabum scriptis hijs mentionem faciunt, & cum folio veterum sive Malabathro confundunt, paucis exceptis, inter quos parvi Dynameri auctor. Ad argumentum illorum qui malabathrum & folium idem volunt esse, responderi potest φύλλων μαλαβάθρου dixisse veteres, quod in malabathro pars præstantior esset folium. Cæterum duo diversa genera malabathri Plinium describere, magis notum est, quam ut probari debeat: et enim malabathrum Syriacum arborem inquit esse, Indicum vero in paludibus nasci. Quod vulgo malabathrum & Indi folium seplasarii vocant, non est veterum malabathrum, odore & sapore nardi hoc

hoc caret, immo omni fere odore & sapore, nec ex candido nigrum, sed ex dilutiore colore viride, nec lino transiuit, sed collectum in fasciculos imponitur & venditur; nec est malabathrum arbor, quod non sit folio convoluto. Viri Doctissimi betre Indorum malabathrum arbore putant. Eodem enim fere modo præparatur quo Peripli scribit auctor Garcias lib. I. cap. 18. *Hic autem paratum, adeo suavis est saporis, orisque halitum adeo commendat sua fragranzia (hoc de malabathro veteres) ut perpetuo illud mastifcent opulentiores, sum etiam alii pro facultatum ratione. — Sed quia betre venas habet aut costas, secundum folii longitudinem excurrentes, unque pollicis (quem ea de caula in acutu præsestant, non in rotundu noltro more) illas eximunt. Dein admisso calce momento (qua ob exiguum quantitatem, & materiam unde conflata est; fit enim ex ostreorum testis concrematis, nullum documentum adferre potest) Et areca conusa aut confracta, solium betre complicant, atque in os injectum mandunt, priorem illum succum exprimentes (quod tamen nonnulli non faciunt) qui cruentus videtur: deinde alia folia simili modo præparata subsequenter sumunt. Solent aliquem dimissuri, aut ipsi ab astantibus discedentes, his foliis præparatis plena bursula serice abeuntem honorare. Videt lector eandem fere esse præparationem. Illud etiam notandum, quod Peripli auctor *wirpus Calamos, sive virgulas malabathri* vocari scribat. Hoc enim conflatum ex Indorum betre, ut inde constat Indorum betre esse malabathru Arriani & Plinii. Ex betre factum bathron & inde malabathrum: præterea in littoribus reperitur, ubi Isi rodus inveniri malabathrum tradit. Garcias loco citato, Nascitur betre in omnibus regionibus maritimis Lusitanis cognitis, nam in continentis non reperitur, nisi è maritimis allatum. Et Hic fortassis fabula sumptus initium, quæ tradit malabathrum in India nasci. Accedit quod non suismet ipsis viribus nitatur ac surgat, sed adscitis arboribus sese applicat, & circumvolvit a quibus sustentatur. Describitur a Garcia his fere verbis: *Est autem betre folium simile ferè malimedicae folio oblongius tamen & per extremum arcuatus, venas, sive costas, ut diximus, per longitudinem excurrentes habens. Optimum censemur bene maturum, colore fulvescente etiam nonnullae mulieres præferunt immaturum, quia maiorem sonum edit in ore, dum manditur. Fert betre in Malluccis fructum quandam contortum, lacerti caudæ similem, quem istic edunt, quod bene ipsis sapiat. Melius à Clusio describitur his fere verbis: Ceterum arboribus sese implicat, & convolvit betre, easque scandit, volubilis modo; cui non dissimilia habet folia, fructum ex foliorum ortu promit, cui cum simillimus videatur fructus longitudinis duarum fere unciarum, teretibus filiolulis constans, mutuo implicatis, & funiculi in modum contortis, gustu aromatico, odoratus atque longo pediculo innitens. Convolvuli folia, vel piperis valde tenella, referre betre folia, experientia comprobatur, & folia quæ ad nos adferuntur, testantur. Tamalapatrum Garcias his fere verbis describit, Folium Indum malis Medicæ folio simile; Angustius tamen, per extreum, colore viridi, tribus per longitudinem excurrentibus costis, (qua facile dignosci potest) odoratum, caryophylla quodammodo redolens (hanc odoris suavitatem non diu retinet; nam inodorum, aut admodum exiguo odore ut plurimum) non tam vehementer odoris ut nardus, aut maccis, neque tam subtilis & acutus est ut canella. Cæterum reticeré nequo, me ante annum accepisse folium tubuli instar convolutum, colore albido ad luteum inclinante, non nihil nigricans tribus nervis per longitudinem excurrentibus, lino trajectum & conclusum, odor saporque huic nullus aut exiguis, intus autem quæ continet fragmenta foliorum, suavissime spirant, gustum præbent aromaticum, nardo similem. A Clarissimo Professore Caspero Barlaeo accepi, qui nihil de folio hoc tubuli seu canella modo convoluto intellexerat, se dono accepisse ajebat. quare malabathrum veterum asserere non ausim; hoc scio, multis ejus habere notas. *Nāχαφθον* meminit Dioscorides lib. I. cap. 22. & *Ægineta* lib. 7. *Nāχαφθον* ἀδει *νάχαφθον* καὶ τόπος τοῦ ιδίου κομιζεται. Εἰ δὲ φλοιῶδες συκαμίνου λεπίσματα ιούχες, θυμαίσματα διὰ τὴν οὐαδίαν, καὶ μικρούμενος τοῖς οκτωσεπτέσι διαμέτροις, αὐθιλέη καὶ μήτρα εἰσγενώμενη παραθυμαδίν.**

*Narschapthum aliis narcaphthon etiam ex India defertur. Est vero corticosum, mori libro simile, quod jucundi odoris gratia suffit, factiis suffimenti inseritur: vulvam quoque adstrictam suffitum juvat. Idem de viribus hujus *Ægineta*, verum in compositione cyphi lib. vii. c. xxii. corticem piceæ aut alterius arboris inquit, scribitur que λάχαφθον, ἵππος φλοίος πίνακος, ἵππερν πίνακος διεργατος, γῆ 9. Ex quibus, si modo loco citato λάχαφθον legatur, αὐτὸν τάχαφθον, quale sit aroma veteribus non constituisse constat. Hoc tantum, corticem suisse, concludi potest. Doctiores tegname narcaphthum putant, quorum nec damno nec probo opinionem: igni injectum non insuavem emitit halitum. Cæterum tegname non aliud sonare videtur, quam Thymiana, quod Latini suffimentum dicunt. Huius enim corticis est frequentissimus in suffitu usus. Nihil miri si novum sibi ex usu vindicari nomen, quod est Thymiana (pro quo posteri corrupte tegname dixerunt) narcaphthi non meminit Plinius nisi quis velit esse sarchatum, quod non describit. Non desunt qui hoc caput spurium volunt, quorum opinioni non subscrivo, quod apud Oribasium & *Ægineta* legatur.*

*κόσος* apud Hesychium oxytonas scribitur. *κόσος* *κόσος* *ἀρμάτης*, Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κοσμίου ornando, quod odoris sui fragrantia sensus decoraret. Plinius, lib. xxii. Cap. xxxiiii, Odorum causa unguentorumque & deliciarum, si placet etiam superstitionis gratia emuntur, quoniam thure supplicamus & costi. Antiquitatem costum non secus ac Thus adolevisse, dñsque obtulisse ex, lib. 1111. Proprietatē constat.

*Costum molle date, & blandè mihi Turis odores Pont. Vre puer costum assyrium redolentibus aries.*

Probabilius tamen, nomen habere ab Arabico cast, vel Indico cost. De costō hæc tradit Dioscorides lib. I. cap. xv. *κόσος* *Ἄλσοφίρης* ὁ ἀργεῖνος λαυκός ἡνὶ κα-φθο, τολεῖται ἔχων ἐνδέσις τὸ δούριον. Δασπέρσει ἢ ὁ ινδὸς, αἴρεται ἦν τὸ τοδφθο, καὶ μέταξ, ὡς ταχέης Τείτος δι εἰσιν ὁ Συριανὸς, βαρὺς, τὸν καθαν πυκνόδηλος, τολεπηκός, τῇ δούρῳ. Ἀριστος δι εἰσιν ὁ αργεῖφθος, λαυκός, τολερός διόλου, πυκνός, ξηρὸς, ἀπεγνόντος, ὁ θραμμός, γένος διόλου, καὶ πυκνόδηλος. *Μίσινος* ἡ καὶ μαλαβάσσα, τὸ αποδύτης. *Μίσινος* οὐδεῖν τὸν ρωμαϊκατατος & κεραμαγνων εἰδίουν φίλας, διλοιστης αὐτοῖς. ίνχερη, ἡ ἄλσηνος ἡ τοιούτη πυρος τὸν καθαν τὸ εἰδίον, ὑπερτηριανὸν τοντον τὸ πληκτον πυρον. *Costus* præcellit *Arabicus*, candidus & levus, eximio suavissime odore praeditus; *Secondum* locum obtinet *Indus*, crassus, levus, ac niger seu ferula. In altero Codice legitur καὶ μιλας καὶ κούρος αἱ τρέψης niger, levus, seu ferula. Et hæc lectio auctoritate probatur Oribasi 1. neque idcirco posteriorem Doctissimi viri tantum probant. Sed etiam quod ferula non sit nigra, sed candida, pace horum si dicere liceat, eandem habet ferula nigredinem, quam costus hic Indicus. niger dicitur, quod alterius respectu nigredinem quandam ostendit. Quin & ferula radix, (loquor de integra) non est nivea, sed cum nigredine quadam candicans, nec levus ferula nisi aliarum radicum respectu. *Aριστος* etiam hoc loco debet exponi *crassus*, non ut vulgo solidus, siccus; alioquin enim contradicatio foret. *Tertius* est *Syriacus*, gravis, colore buxus, odore scribens. (Epitome addit ὁ της Λειδας ηγετης, quem quidam ζεδωρον vocant.) *Prestintissimus* censemur recens *candidus*, omnino plenus, densus, bene siccatus, à teredini non erosus, minimè virosus, sapore mordaci, ac fervido. Addit *Galeanus* costum amari quid habere. *Κόσος* *βρυγχειας* ρόδη πάνω τὸ πυκνός, πλείστης ἡ τοιούτη πυρος ματιζη ποιεῖται τὸ διόλυμα. *Costus* *leviculam* plane, amaram plurimam, acrem & calidam in se qualitatem simul & facultatem continet. Hinc Marcellus colligit ἀριν πυρος πυρος legendum esse. hujus opinionem non omnino improbo. Nam Dioscorides Arabicum costum candidantem scribit & levem; atqui levia densa non sunt, sed gravia. Nisi placet eligendum ex costo levī, qui densissimus est, qui levissimus rejiciendus, utpote teredini maxime obnoxius. Sed verba τολέρος διόλου, vocem πυκνὸν superfluum esse indicant. Doctis etiam viris quid deesse videtur, leguntque τολέρος διόλου αργεῖον, tenuissimis filamentis tela araneorum fere similibus

*similibus plenum*, qualia filamenta in interiore costi videntur radice, & sic *κωνοφύλας* aberit suspicio, quia potuit Diotcorides addidisse has voces, quod costus à teredinibus exesus, foris quidem sit solidus, intus vero inanis & cavus. *τὸ ξερός*, etiam exponi debet bene siccatur, non ob alienam humiditatem flaccidum & molle, sic etiam amigdalæ vitiosæ sunt, quæ lori instar torrentur. Additur quoque, in malaginata & antidora. Cæterum nonnulli admittunt helenii comageni validissimis radicibus ipsum adulterant, sed facile deprehenditur dolus, si quidem neque gustu ferver helenium, neque jucundum odorem, potentem, sensumque ferientem exprimat. Tres costi Dioscorides scribit differentias. Plinius duas tantum novit, lib. & cap. xii. *Radix & solium (lege radix costi & folium)* Indis est maximo pretio. *Radix costi gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili.* Primo statim introitu annis Indi in Parale insula, duo sunt ejus genera, *nigrum*, & *quod melius, candicans*. Hæc ambigua sunt, nam verba *quod melius ad nigrum, & ad candicans referri possunt*. Ad candicans referenda ex Dioscoride constat, Arabes duos norunt costos, amarum & dulcem; sic Græci recentiores, Latinique passim costum in dulcem & amarum dividunt, quæ differentia antiquis incognita fuit. Charito in cuiusdam Serabii compositione *η κρία τὸ διπλές, ἡ κρενόφυλλος, η κρίγουλας, η κόστος γλυκύς, η μαργονίτης*. Idem Græci recentiores *κόστος γλυκύς* de Arabico exponunt. Gloss. med. *κόστος γλυκύς οἱ ιεροὶ αράβιοι, costus dulcis desertus ex Arabia*, Garcias Ab horto amarum & dulcem eundem esse putat, & quidem recentem candicantem, ac amarum, contrâ siccatum nigrificantem & amarescentem. Quæ opinio veritati non videtur contraria. Nam iridis, helenii, centaurei majoris, aliarumque plantarum radices, dulciores mitioresque sunt tenellæ & recentes; vetustiores & exsiccatæ, amariores, acriores, & calidores. Officinæ recentiores Græcos haec tenus fecuti sunt, tandem prudentiores, pro vero costo habent, costum iridem redolentem, de quo mox. Costus quem amarum Seplesiarii vocant, veterum costus non est, nam nec gustu ferver, nec odore est eximio. Videtur helenii comagine radix prædura. Costus hic firma & solida radix est, nec plane inodora, nec multam suavis emittens odoris, nec gustu fervens, sed amara. Qualis vulgaris helenii radix, nec per transversum costus hic incisus, radicem enulae campanæ orbiculato rugarum habitu male refert; differt tamen quod solidior, & densior, ac per longitudinem sectus non satis bene respondeat. Dulcis amaro ipso amarior, nullam acrimoniam haber, nec odorem eximum, saporem quoque multo amariorum, quam veteres referunt. Notandum pro costo hoc, quandoque vendi aliam radicem, per transversum in taleolas sectam, crassitudine plerumque manum impletum, foris fuscam, intus candidam, cortice crasso, substantia rara, gustu acri admodum, naufragolam salivam carentem, & quasi strangulantem, cumque teritur, rancidam pinguedinem olementem. Hæc inquam radix non est costi, sed Thapsiæ majoris montis Gargani. Describit costum Garcias lib. I. cap. xxxv. Describitur, inquit, *costus ab iis qui videbunt sambuci effigie, & arbuti, aut azimbi* (Doctiss. Clusius juniperum exponit, si aliam intelligit arborrem; quid sit azimbi, se ignorare fatetur) *magnitudine. Florem odoratum proferens, præcellit qui intus candidus est, cortice cinereo, inventur tamen etiam colore buxi, cortice pallescente, tanta odoris fragrantia præditus, ut plerisque nares feriat, & capitellis dolorem excitet, gustu nec amaro, nec etiam dulci, tametsi jam senescens interdum amarescat: Nam recens acri gustu est, ut reliqua aromata.* Recte Doctiss. Clusius scribit hanc costi descriptionem cum veterum costo non convenire. Satis enim ex Plinio constat esse radicem, etiam ex Dioscoride qui radice Helenii adulterari scribit. Nec enim verisimile est, fruticis ramum rantium habere cum radice affinitatem, ut radice adulterari possit. Dicit quis, Græci inferiores costi folia præscribunt, ut Demetrius in *ἰσηγοροφίᾳ* titulo *Ἀλεξανδρεῖον στρατόν*, inquit, *ἀρχοτε κάκκοι ἵπα, πενιτεῖς κάκκοις ιππαί, κόρα φυλλαὶ ταρθοτεχνοῦ*. Dicendum Græcos recentiores costi nomine intelligere plantam hortis familiarem, ut supra lib. viii, ex Geoponicā autore pro-

bavimus: neuter Garciae costus minimum radicis habet, & fere nihil nisi lignum est, suo cortice contum, quod ex capite de pipere aperte ait, sup. xxii. *Radix*, inquit piperis *pufilla*, non *costo firmis*, ut voluit Dioscorides lib. 2. cap. cl. quandoquidem *costus radix non est, sed lignum ut peculiari capite dicemus*. Hæc satis ostendunt Garciam veterum Græcorum costum ignorasse, vel Arabum si describat, à Græcorum costo diversus est, quod non sit probable. Nec: Dioscorides piperis radicem costo similem vult quoad substantiam, sed quoad saporem, caliditatemque, ut suo loco dicam. Falluntur, qui Winterani corticem costum esse purant. Idque non tantum quod *cortex* hic sit, costus vero radix, sed quod nullam plane ostendit amaritudinem, nec odor sit eximius, qui costum æmuletur. Frequens costi genus reperitur, & ad nos ex Indiis quotannis adfertur admodum recens, quod à Clusio in notis ad Garciam describitur, iridem redolens vocant.



Costus  
pharma-  
copæ  
major.



Costus  
amarus.

Zinziberis effigie Costus Arabicus &  
Syriacus.



## Costus Indicus Crusii.



levis est, nec cariosus, sed plenus, cortice cinereo, intus candicans, interdum vero cinerei coloris, odorata admodum, Radice violaceum seu irinum spirante odorem, praesertim dum manditur, absque ulla graveolentia. Ei caulis fragmentum, quod de terra extat, plerumque inhaerere adhuc conspicitur, ferulaceum quiddam referens, & fungosam medullam continens. Radix haec, eum primū adserit magis candicat, vetustate nigrior evadit inrusque buxeum acquirit colorem satis etiam amarus sit, alioquin recens, gustu fervens est cum amaritudine levicula. Omnes hoc costi genus pro vetero habent. Non desunt tamen qui obstat scribunt, quod non satis albescat. Sed jam sēpe probatum, Diſcoridem album & nigrum vocare, quæ ad utrumque vergunt, tenduntque colorē; tum autem costus hic recens albicit, inverteratus nigreret, cur non legitimus sit non video? præsertim cum ferulam maximè emulatur. Zedoarium costi genus Doctiores purant, & hi quidē Syriacum alii Arabicum volunt falluntur. ambo, non est Arabicus, quod gravis satis sit, non est Syriacus quod albus, non buxeus sit; costi genus non est, quod cum gravitate quadam suaviter oleat, nam costus eximia quadam sit suavitate, sine ulla graveolentia. Addo majorem habere amaritudinem quam aerimoniam, cuius contrarium de isto scribit Galenus, nec hunc saponem vetustate acquirit, sed recens habet.

In Europa plantas eximias, ac odore præstantes nasci negat, præter iridem, quæ apud Illyrios optima exit, non in maritimis, sed locis longius a mare, magisque ad septentrionem dissitis. Araxijsupraea Gaza Mediterranea recte vertit. Mediterranea enim loca sunt à mari dissita: Immierito itaque vir Doctiss. notatur. Illud inquirendum, quod scribit Theophrastus nullam præter iridem in Europa nasci odoratam, suaviterque spirantem, plantam. In Narbonensi Gallia nascitur stoechas, rosmarinus, lavendula, cistus, ladanum, malus medica, amaracus, anethum, anisum, aliaque plurima, per quam jucunde olenia, unguentisque quam maxime idonea. In Batavie palustribus provenit acorus, cuius radices, foliaque, etiam viridia-

sunt odoratissima, sed viri Docti acorum putant, esse radiculam illam cuius ad finem capitis hejus metuit Theophrastus, quamque in Tracia nasci ait, odore narando similem. Sed hunc inquit parvam exilemque odoris gratiam habere. Unde colligo non esse acorum, etenim per quam bene radix hujus spirat, nec parva sed magna satis est. Nisi id fieri propter soli differentiam dicamus. Quod non potem, siquidem Diſcorides comparet iridis radicibus, quæ satis magnæ sunt. Præterea non video cur nomen reticuisse, ipsi enim acorus cognitus fuit, & lib. I. histor. cap. xxii. inter ea numerat, quæ cum seminibus ipsis flores edunt. Doctiss. Gaza veneram vertit. vide annotata ad locum istum. Hac tamen occasione de acoro non nihil dicendum nobis. Αρεθος dicitur, quod της κόρας, id est, pupillæ sive ακεῖς oculorum caliginosæ medeatur. Diſcorides lib. I. cap. II. Ο δὲ χυλὸς ἡ πίτης ψάρης διπλῆ μὲν οὐδετέρα της κόρας succus radicis, ea qua pupillis officiunt, caliginemque offundunt. discutit: Habet alia nomina spuria, ut auctor scribit Auctnarii, εἰ δὲ κόρες, ἀφροδίτιος παντοῖο βενίτη οἱ τρεῖς τραχύες, γάλας πεπεράκιον. charos ex acoro per depravationem factum videtur. Cur aphroditas, cui venerea dicatur, lib. primo diximus, Nautica cur dicitur radix imaginari viri Docti nequeunt. Quidam naronicam, à narone amne, legendum existimant, quandoquidem iridi non admodum sit dissimilis herba. Nautica dicta videtur quod plurimum secus amnes, & in aquolis natales suos habeat. Aliis licet etiam in locis nascatur. Laudatur tamen acorus in palustribus natus, ut Plinius scribit, Πεπτεράκιον corrigit D. Hermolaus non re, sed nomine Barbarus, ex Apuleio, piper apum, quod acoro ante alvearia suspenso apes non aufugiant. Acorum his fere verbis describit Diſcorides, Άρεθος τὴν φύλλα ἵκει ιμφέρην λεπτή στενή πάτη, καὶ τὰς πίτας τοῖς αἰσθαταῖς, Διγμωτήριον ἔχει τὴν κοινὴν εἰδημίαν, ψωλεῖνος, δριπιδοῦ τῷ μέσῳ, καὶ τῇ στροφῇ τοῖς αἴδεσι. Διφίδης δὲ τὸ κακτὸν λαβοῦται, αἴροντο τὴν ποδῶν, τυάδες. Τοῦ δέξιον τὸ σύντομόν τοῦ εἰδῆ τὸ εἰδῆ τοῦ πατέρος λιγνόδρομον. Acorum folia habet iridis amula, attamen augustiora, radicesque non dissimiles, verum implicitas, neque in rectum actas, sed obliquas, & in summa terra superficie sparsas, subalbidas, gustus acres, & odore non ingratis præstat vero densum. (alter ιαπωνικός alt. πικρός). Quam lectionem, securus videtur Galen. in lib. de simplic. Αρεθος τὸν τὴν πίτην ψάρην, δριπιδοῦ μέσην τὴν ψωλεῖνος μετέπιον τὸ γαλόν) album caro non excessum, plenum & odoratum, huiusmodi autem est quod in

Acorus cum Iulo.



*Colchide nascitur, quodque ex Galatia advenitum, asplenium dicitur, quod lienes absumat. Sequitur enim αληνος την. quidam ολχιδι legunt, vulgatam lectionem defendunt Oribasius & Plinius, Acorus, inquit, lib. xxv. cap. xiiii, iridis folia habet, angustiora tantum & longiore pediculo, radices nigras, minusque venosas, cetero & haec similes, iridis gustu, acris, odore non in gratas, ructu faciles. Optimae Ponticae, dein Galatice, mox Ereticae. sed prime in Colchide iuxta Phasis amnum, & ubique in aquosis. Recentibus virus majus quam vetustis. Creticae candidiores Ponticas, Siccantur utribus in umbra digitalibus fructis. Dissentit à Dioscoride & ipsa veritate Plinius, quod radices inquit esse nigras, minus venosas, & ruptu faciles. Corrigunt pro majus virus, magis vires. Legendum tum foret maiores vires: sed cum Plinius in tam multis à Dioscoride dissentiat, quomodo scribendum sit non video. Falsum est recentioribus vires esse maiores, unde vulgaria magis placet lectio, recens licet paucum, aliquod tamen virus, suavis ille odor, commixtum habet, quod dum exsiccatur perit. plurimis in locis nascitur, sed optimum veteres nasci sribunt in Colchide, Asiae provincia. Quae in Batavia palustribus nascitur, non ultimo loco habenda. Illud notatum dignum, quod in palustribus quotannis Julum proferat, in hortis id non praestet, nisi annus pluviosus admodum præcesserit. Supra lib. i. neutram galangam acorum esse satis probavimus, sed nemo hodie reperitur, qui eam defendat opinionem, nec officinæ Batavicæ pro calamo amplius habent, omnes*

acorum esse norunt, etiam seplasianum. Acorus foliis affluit viribus, nitidis, iridi similibus, angustioribus tamen & longioribus, eximia odoris fragrantia præditis, quæ iridis sylvestris ritu hyeme marcescunt, & vere novo pullulant Caulens inter folia non producit ut irides, sed ex latere folium exit verius, quam caulis ejusdem cum reliquis foliis longitudinis, videlicet bicubitalis interdum, quod à medio ad summum usque planum est, & reliquis simile, infima vero parte crassius, angustiusque, & veluti in triangularem cauem formatum. ubi jam extenuari & complanari incipit, unicum nucamentum, quandoque sed tamen ratus, geminum a latere promit, initio coruli julo non majus, sed prominens & erectum, lineisque obliquis, & transversim se mutuo secantibus, distinctum: florulis cum se explicat pallidis, nonnunquam luteis, muscosis, odore carentibus, quatuor foliolis constantibus, plenum, quod paulatim augescit, & amplitudinem etiam sicutiemque ferè humani digiti tandem adipiscitur, frequentibus tuberculis viridibus, tam elegantie serie dispositis, ornatum ut recentem pinastrum conum æmulari videatur. radices iridi haud dissimiles sed tenues, nec in rectum, nec altum actas, sed cespite, summo in obliquum (ut optime observavit Dioscorides) sparsas, subtus numerosa coma, fibratas, albicanter foris, intus candidas, gustu cum quadam amaritudine acris, odoris haud injucundi, præsertim resiccatæ, geniculis quasi interseptas, & quibus utrimque alternatim alarum ritu aptantur pullulationes.

## ΚΕΦ. Η.

## C A P. VIII.

*De succis quando, & quomodo fiat succatio, & radicidium. Nec non lactis succatio, & liquatio.*

**Π**ερὶ τὸ πῶν ὅσα μὴ εἰσέπον τίρηται. λέγω οἷον εἰ τινες Φαρμακώδεις ηὐ καὶ ἀλλαζέχουσι διωμέτι, περιπέτερον οφεοίσις εἰσῶν. ἀμά ἡ τερή ρίζῶν· ηὐ γάρ τὸ πῶν τινες σκότων. ηὐ χωρίς αὐτῷ κατὰ αὐτὰς πολλὰς ἐναντίας ἔχουσι διωμέτι. ὅλως ἡ τοῖς πάγτων Φαρμακώδειν· οἷον καρπός, χυλισμός, φύλλων, ρίζῶν, \* πάσι. καλεσθεὶς ηὐ τὸ πῶν ἑναὶ τὸ Φαρμακώδειν οἱ ριζοτέροι. τὸ ἐργάζεται πλείσις μὲν εἰς διωμέτι, ηὐ τοῖς πλείσι. ζητεῦται ἡ μάλιστα αἱ Φαρμακώδεις αἱ χρηστιμωταταὶ.

\* Πύρη. † Πύλη.  
† Ταῦτα. Al. Διεφέρονται τοι μὴ πέσος † αὐτὰ, ηὐ τῷ μὴ σοι. Gr. Ταῦτα. τοῖς αὐτοῖς ἔχουν τὰ διωμέτι. αἱ τοῖς οἴποις. εἴναι ἡ ηὐ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. τὰς ἡ φυλλώδεις διωμέτι τὰς πολλὰς χεδὸν πάσι καλέστιν ὥστε εἴρηται οἱ ριζοτέροι. ὁ μὲν ἐν ὁπομόδιον εἶναι τὰν ὄπιζουμένων αἱ ἐπίπονες & θέρεται. τὰν μὲν, εὐτελεύτης. τὸ δὲ προελημνύτον. τὰ δὲ ριζοτομίαις γίνεσθαι μέν πιναν ηὐ τῷ πυροτομίαις, ηὐ μικρῷ περιτερον. & μὲν αἱ ἡγε ταλείσιν, & μετωποῖς μετ' Ἀρκετον, ὅπεν φυλλόρροη σωστον. ὅσων ἡ ηὐ καρπὸς χρήσιμον, ὅπεν αἱ μερισμοῖς τὸ καρπον. εἴτε δὲ ὄπισμός, ηὐ διπλά τὰν καρπῶν, ὥστε & πιθυμάτται, ηὐ τὸ θερδακίνης, ηὐ χεδὸν τὰν ταλείσιν. ηὐ διπλά τὰν ρίζῶν. ηὐ τελείσιν διπλά τὸ κεφαλῆς, ὥστε τὸ μήκων. τάντης γάρ μόνης ηὐ τέτοιοι αὐτῆς. τὸ μὲν ἐν, ηὐ αὐτομέτον ὁ ὄπος θερδακίνης δακρυωδῆς. ὥστε & τελείσιν. τάντης γάρ διπλά τίμενον εἴτε. τὰν δὲ ταλείσιν διπλά τὸ θερδακίνης. ὃν πινάς μὲν ἐνδὺς εἰς αὐγεῖα θερδακίνης. ὥστε ηὐ πιθυμάτται ηὐ μήκων. καλέστις γάρ αἱ μοτίρως ηὐ αἱ πολύσωτα τυγχάνει. τὰν δὲ μὴ πολυστῶν εργάζεται λαμβάνειν, ὥστε ηὐ τὸ θερδακίνης. εἴτε διπλά

D E succis, quæ superius non diximus videlicet, si qui medici, aut alias quasdam vires habeant, nunc pari modo explicare conabimur: simulque de radicibus differemus. Succorum enim nonnullos premi ex radicibus certum est; & seorsim ipsæ per se multas atque contrarias habent vires. Ad

\* Ceu fructu, folio, radice, herba (nam herbas quoque ex medicamentis quædam, herbarii nominant) aquoso, latruba, quoad satis sit, faciemus. Radicum autem plures potentiae, & ad plura sunt. Quæruntur autem medicæ potissimum, ut utilissimæ. Quæ differunt & quod non ad eadem, & quod non in eiusdem vim habeant. In universum vero & in se habent, & in fructibus, & succis: nonnullæ & in foliis inter meliis. Foliorum quippe vires plurimas, herbas fere dicamenta herbarii (ut dictum est) vocant. † Radicum lactuofarum succatio aëstate semper fere agitur; partim ineunte, partim provecta. † Sed radicidium quantum etiam fieri per messem tritici aliqua ex parte non negent: tamen large in autumno post Arcturum factitari affirmant. Postquam scilicet folia defluxerunt. \* Et quorum fructus utilis sit, priusquam fructum amiserint Fieri autem lactufo-succatio solet aut è caulibus, ut † lactariae, & lactucæ, & partis lacto-colle, qui fere maximæ. Aut è radicibus, aut \* tertio è capite, ut papaveris: huic enim soli peculiare id quod datur. Ergo quibusdam sponte succus constitit, spissaturque lacrymæmodo, ut in hirtispina paulo ante, appellata: hanc enim cädere opus nequaquam est. At plurimorum succi per incisuram manent necesse est. Quorum nonnullos statim in vase colligunt, Arcturum. † sicut lactariae, sive lactucæ caprinae. Vocatur hoc \* Quarum enim etiam nomine: atque in totum, quibus lactis vero fructus est copia. Quibus autem minus, lana eorum succus stat, postquam eum amiserint. † Lactis collectio. † Tithymallorum. \* Vel tertia ex materia, capite scilicet. † Sicut tithymalle five prior. (utrumque enim nomen audit) ut etiam reliquarum, quorum lactis est copia quibus vero lactis minor est abundantia, excipi-

επιτηδες, αλλ' οιον χυλισμός είναι. ὡστερος οὐκαινόντες καὶ ὑδωρ επιχέωντες, οὐ παθόσιν λαμβάνεσσι τὴν διόσταξιν. Ξηρὸς δὲ δηλονότι καὶ ἐλάτισσων φυλῶς τύττων. οὗτοι τῶν μὲν ἄλλων ρίζῶν τὰ χύλισμα αἰδενέστερον τὸ παρόντα. τὸ παντεῖον τὸ εὐχρότερον, καὶ τῶν αἰπαλαγητῶν γαδίων ποιεῖ καὶ θάψιον, μικρὸν πινεν κατεπιπόντον δοθέν. Συεργότερον δὲ καὶ τὰς τὰς ἄλλας χρείας. τὸ εὐχρότερον δὲ καὶ τὸ τριαντίσ. τὸ δὲ αἴλα πάντα αἰδενέστερον. οἱ μὲν δὲ οὐ ποτηροὶ χειδὸν τοσούταχας γίνονται. τὸ δὲ πικοτηρίας σὸν εἶτι τοιαυτὴ Διαφορά, τολεῖται τὰς ἀρεγας. οιον δέρος η μετοτάρχη. τὸ πατέρας δὲ τὸν ρίζων. οιον τὸ εὐλεύσοντας κατά τὰς λεπτές. τὸν χριστὸν τὰς τὰς παχεῖας, τὰς κεφαλώδης. Φασὶν αἰχρεῖον εἶναι. καὶ διδόναται τὸ κυστίν, οἷς τὸ βλαστητικόν καθαίρεται. τὸ εἰφέτερον δὲ πινεν τοιαῦτας δέργας τὸ Διαφορές.

## JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΠΙΤΗΔΕΩΣ. Vides intermissum repeti.

Τῷτε μὲν αὐτὸς τοῦτον. Λέγω, ταῦτα.

Καὶ μικρὸς αὐτὸς οὐδὲν. Theodorus malè omisit. οὐτηδεὶς fit aut initio εἰστις, aut post εἰστατη. Declarat igitur σειστὸν περιπονίαν. περ μεσσην. aut μικρὸς αὐτὸς. quod erat εἰσιστόντος. τὸ alteram partem, περιπονίαν, declarat περ illa, τὸ μικροῦ.

"Οὐτοις αὐτοῖς τὸν κρεπτόν. Theodorus contrarium. prius quam fructum amiserint. Si in his quoque intelligit περιπονίας: malè consuluit veritati. Radices enim petuntur, cùm sunt maxime vegetae. Vigent verò potissimum, ubi suum sibi succum restringunt. Retinent autem amissis

excipit, ut lactucæ. † Quorundam non lacti- † Ex quia suffatio, sed veluti liquatio fieri solet. Ut quæ u- busdam non rentes, aut torrentes, aquamque infundentes expri- lacteis, sed a- mununt, atque ita stillamentum accipiunt. Enimvero quei succi minus liquoris, idque siccum haec habent. Cæterarum autem radicum liquamentum fructu infirmiūs. Cicuræ autem validius, & mortem facile brevique affert: etiam si exiguum admodum potui detur. Quin & ad alios usus efficacius idem est. Thapsiæ autem validius. Reliqua vero iomnia debiliora longe deprehenduntur. \* Succatio tot \* Succi col- fere modis fieri solet. † Radicidii vero differen- lectio. tia nulla ejusmodi redditur, praterquam temporis † Radicum ratione; ut æstate, aut autumno: & quod has aut excisionis. illas succidi oporteat. Exempli gratia, ellebori imas, atque tenuiores, Supernam enim in caput extuberantem, inutilem afferunt; & canibus dannam cum purgandum est. Sed & in aliis quibusdam differentias tales assignant.

fructibus, à quibus non amplius exugguntur. Sin fructum hunc ad usum utilem agnoscit, non autem radicem: sane non oportet fructum casum expectare.

"Η τετραδιὸς τὸν κεφαλήν. Theodorus, aut è tertio capite. Non. sed, aut tertia ex materia, quippe à capite: quia duas narraverat: à fructu, & ab radice.

"Ωστε τὸν περιπονίαν, η τὸ μικροῦ. Theodorus, Tithymalum, lactariaν vocavit, Plinium sequitur. At enim verò Lactarie nomen etiam altis competere debuit.

Καζανόκος. Notabis vocem, potum enim hic significat: non, pilulam.

## IOANNIS BODÆI A STAPELNOTÆ ET COMMENTARIVS.

Redit ad succorum historiam, eodemque hoc capite quædam de radicum collectione tradit, singula examinabimus.

Καὶ τὸ τὸ οὖτον. Succos quosdam premi ex radicibus scribit. Miror quod exemplis id non proberet. Ex glycyrrhizæ radicibus succus verno tempore elicetur, antequam folia emergunt, tum enim plurimo scatent succo.

Radices ipsas multas & contrarias vires obtinere ait. Sunt enim frigidæ, siccaæ, humidæ, calidæ. De quibus videatur Dioscorides, & Galenus lib. de med. simpl. facult. Hac occasione promittit se acturum de omnibus medicamentis, sive de illis plantarum partibus quæ usum habent in medicina quales sunt radices, folia, fructus, succus tenuis, aquosus, lacteus, crassus &c. I

Πίστα. Inter partes plantarum, quæ usum habent, πίστα nominat, ni corruptus sit codex, quid velit, me ignorare fateor. πίστα enim ut inquit Hesychius. βοτανὴ εἰσιν. sive η τῆς γῆς αὐτοφύοις βλαστῶν τοιεις. planta quæ natura sponte sua nascitur. Herba vulgatissima, quam belgæ græs sive grænum vocant, ex quo foenum. Vide supra cap. IX. lib. I. scriptis præceptoribus quod idem est, ac δέρος, lacteus succus. Nec illud obest quod κυδισμός jam meminerit non uno loco hoc capite δέρος, & κυδισμός, conjungit tanquam diversa. Paulò infra cōlōn, η δέρος οὐπιστός, αλλα οιον χυλισμός δέρος. πίστα δέρος πίσταν, η μετεῖ κυτσίτον λεγέμενον. τὸ μετεῖληπτον αἴγα, τὸ γαλακτικόν υγρόν. Apud Galenum in glossis legitur πίστα. πίστα περιπονίαλακτη τὸ εἰπονταν πηγήδηρα primum lac per se congelatum. corrigunt docti viri πίστα vel πίστα quorum opinionem probo maximè cum in quibusdam codicibus sic legendum, series alphabetæ probet. Inferet quis, πίστα sive πίστα de animalium dici lacte, quod post partum primum emulgetur, latinisque colostrum aut colostra dicitur,

non de plantis. Respondeo Theophrastum non uno in loco docere ex animaliū similitudine differentias plantarum esse petendas. εἰ τὸ αὐτὸς μὲν η τὸν αὐτολογίαν inquit in principio hujus operis, sic ab animalium similitudine hic nomen sumpsit præceptor, πίστα vel πίστα lacteus est succus quicunque crassior est, & natura sua concrescit, talis est aloes succus, (qui η πίστα a Dioscoride dicitur) laserpitii, ferulæ, papaveris. καὶ λατρευτὸς tenuis est & aquosus succus, qui non facile, nisi temporis spatio concrescit, ut cicutæ, apii & aliorum. Horum enim succus vel corrumpitur, vel post tempus, aut arte concrescit. Non concrescunt limonum, granatorum, & similiūm succi. Nisi placeat πίστα succum esse, qui sponte vel incisura emanat: κυδισμός qui vi, ut igne, torculari &c. exprimitur, nam utraque opinio ex hoc Theophrasti capite probari potest.

"Οποιος docet εἰστατη instituendum esse. κυδισμός vero quando eliciatur, non docet, urrumque facit Dioscorides lib. I. κυδισμός η τὸς βοτανῶν. μετεῖλατον εἴτε τὸ κυδισμός αἴροντος η τὸ φύλακα, οπές η τὸ δέροντα λαμβάνεται, τίμονας εἰς αἴρετη τὸ τὸ κυδισμός. sic τὸ herbarum εἴτε ac foliorum succi recens germinantibus caulisculis eliciendæ sunt. lactei autem liquores, lachrymæque excipēndæ incisis caulinib; jam adultis; id est, εἰστατη. De succorum collectione paulo fusius nobis agendum. Nam sunt in medicina admodum necessarii, ideoque omni diligentia ac ratione conficiendi; & ita reponendi, asservandique, ut toto anni curriculo putredinem, corruptionemque non sentiant. Colliguntur succi ex radicibus, foliis, fructibus. Ex foliis succus exprimentur ante quam caulis lignosus fiat, floresque planta producat, quo tempore plurimo succo scatet: Ex radicibus vero, cum folia primum eduntur, fructus alii maturi, alii immaturi exprimuntur. Ex maturis fructibus exprimitur citri, mali granati, limonii, myrti succus. contra juglandis, mori, acaciæ ex immaturis. Succus uvarum maturarum vinum, immaturarum omphacium dicitur. Horum quidam fluxibles humidiq; reponuntur, ut citri, mali granati. Nonnulli lento igne fiscati, aut diu insolati reconduuntur, ut absynthii, cucumeris sylvestris 4 vestris

vest: glycyrrhizze, hypocistidis. Nec omnes eodem servantur modo, alii enim paululum ad ignem calefacti, ac diligenter à focibus purgati, pristinum vigorem retinent, ut de succo rotaram, intubis, lupulorum, apii fieri solet. Alii vero ignem non experti tantum subliders permittuntur, ac deinde è vasis in vase ramdu transfertur, donec defecati pelluceant: hoc modo servantur succi granatorum, citriorum, limonum. Verum tamen in succis conservandis; & à putredine defendendis, non vulgari animadversione opus est, facile enim corruptuntur, ni olei parum superfundatur, aut cum melle cocti reponantur, ut docet Galenus lib. vi. cap. iii. Διαφερεῖσθαι γάρ εἰ χυλοὶ τέπιως ἄνδρες μέλιτες διπλήσιτες, οὐ τάλις διπλεργίασται, μέλιτες απλεῖσθαι εἰψησται, Εντοῦ ἡ χυλοὶ καὶ τὸ οὐλιό τε περιστεραῖς πάκτες, τὸ τῷ χρόνῳ ἐπειργόντα καὶ τῷ αὐτῷ πλεοντοῖς θερισται, εἰς τοσαύτην πάχυνται ηὔρηται, οὐ λεπτῶς διώσας πλευραῖς ποτίσαι καὶ βαλανίσιον. τέτται ἢ εἰσὶ ὅπερι τὸ παχύτερον κυλάς, οὐ ἐτομένης οὐδὲ τὸ σύμφραγμα καὶ τὸ γλυκότερον, καὶ τὸ διπλόν φάγεται πάπις οἱ χυλοὶ, καὶ αὐτὸν χυλοὺς μέλιτες ἵπποι πλεῖστοι εἰψησται, οὐ διαφερεῖσθαι μὴ εἰ τὸ καρπόν τὸ θεοπτητεῖον πάσι μὲν αἱ ιφίλη λαῖς διωρθοῦσι, πάσις καὶ οὐσιὶ τὸ γλυκότερόν τον φίσιον, πλειστοῖς μέλιταις, οὐ λεπτίταις. Corrumptuntur enim succi omnino si absque melle reponantur, aut rursus reficantur, si plurimum fuerint cocti. Quidam etiam succi etiam ad solem astriorum succentur ad moderatam spissitudinem, per tempus tamen exarescunt, & si ad plures annos durarint, in eam pervenient ariditatem, ut conceri queant, in modum cytinorum aut balanstorium. tales sunt hypocistidis succus, & uva acerba, & glycyrrhiza & centauria & ut in summa dicam. Omnes succi etiam si absque melle diutius fuerint cocti, non quidem corruptuntur, verum sunt aridi, & quidam ut volut dixi, conteri possunt, quidam vero natura tenaces, & viscosi in laminam magis abeunt, quam ut conterantur. Diligentiores pharmacopee olei parum superfluo succos fluxiles ab omni defendant injuria. guami vero, resinae, lachrymæ, non facile lagunduntur, nec difficulter servantur. In quibus guami, resina, lachryma differant, supra me dixisse memini. Queritur posset, an omnis ὁρτος, succus lacteus, colligi debeat æstatte. Ad illud respondendum, omnem succum qui emanat è caule, æstate colligendum esse, quando plantæ in vigore sunt, multoque scarent succo. Contra qui ex radice, ipso vere, antequam erumpant folia. Dioscorides tamen manvult postquam folia amiserunt ( verba paulo infra examinabo ) eo enī tempore, multo abundant liquore.

Jubet colligi radices autumno. Idem Dioscorides citato loco τοις ἡσ διπλοῖς πίκας καὶ κυλίσκεται καὶ φλεῖσθαι φαίσθετος αἴρονται φυλλοφόροι τὸ βοτάνων, οὐ ταῖς μὲν καρποῖς αὐτοῖς ἔργονται τὰ τοπικὰ ποτόσια, ταῖς δὲ μεταχυτοῖς γῆς ἡ πηλοὶ πληρεῖς οὖσαι. Quae vero radices affervandas sunt, aut è quibus exprimi succi, corticesque auferri debent, eas eruere convenit cum primum herbae folia amittere ceterperint. Examinemus hæc. Radices, inquit, colligendas esse, quæ servari in usum medicum debent, quando folia decidunt, & caules contabescunt, vel ut Theophrastus inquit, quando fructus amiserunt, id est, ad finem æstatis, vel autumno, quia tum maximè sunt vegetæ, cum succum suum potissimum retinent, retinent autem amissis fructibus, à quibus non amplius exuguntur. contra tamen alii, effodiendas radices contendunt vere, antequam folia nova prodeant; illo enim tempore radicibus quam reliquis partibus majorem vim inesse. Illud omnino fatendum, majorem succi ubertatem ac copiam reperi in his quæ vernali tempore erauntur, quippe quod plantæ eo tempore nec caules nec folia, neque flores produxerunt, à quibus magna vis succi è radicibus extrahitur idcirco rationi admodum consentaneum videtur, autumnales radices omnes, tum multitudine succi tum præstantia ac viribus cedere vernalibus, quod scilicet paucō ante tempore, & caules & folia & fructus edi-

derint. Sed pro Theophrasto & Dioscoride respondendum. vere quidem radices copiose constare succo, sed crudo, putredinique idcirco ac corruptioni magis obnoxias has radices esse, præsertim si longo alterventū tempore. contra autumno collectæ succo pauciore sunt præditæ, sed elaborato, nec facile, etiamsi ad multum tempus serventur, à putredine lagunduntur. Quare recte veteres radices colligere præcipiunt, postquam fructum amiserit planta, sive quando folia caulesque marcescant. Quod cum variis anni temporibus eveniat, ut Theophrastus observavit: pro natura diversarum plantarum sedulo pharmacopoeis studendum est, ut suo tempore unaquæque radix integræ, si fieri potest, cum omnibus suis adnatis evellatur, & in iis locis atque ea sub coeli constitutione, quam maxime familiarem habet. quod autem ad succum ex radicibus eliciendum attinet, verno tempore quando plurimo humore redundant, institueridū suadeo ut supra dixi.

Οταν ἀμιροστον τὸ τρόπον. Nescio car Doctiss. interpres, antequam fructus amiserint, verterit. cum Theophrasti sit sententia, ea cum plantarum radices, quarum fructus etiam insignem præstat utilitatem, esse colligendas, postquam fructum amiserint, id est fructus perfecte matus collectas sit: scilicet ut utriusque habeatur ratio, & fructus & radicis. Præterea non vigeat radix, quandiu in fructu nutriendo, sacco quæ ad illum mittendo occupata est.

Ετι ἡ τρόπος. Docet quibus ex partibus succi lacteis colligi soleant, ac quidem ex tribus his id fieri docet, radice, caule, capite. An itaque ex foliis non colliguntur, an qui ex iis collectus, non æque præstans. Elaboratione videtur & copiose è caule manare, ideoque foliorum non facit mentionem præceptor. Quorundam succum sponte manare scribit, & concrescere, quorundam vero facta incisione, plures tamen incisione facta colligi, quam sponte. Quin etiam qui copiose manat, in vasculo colligi facile posse, nemo dubitat, sed eorum qui parce fluit, an lana colligi debeat, haud scio.

Tithymalum μηκόνον vocari ait. Galenus in exegētid μηκόνον πίκας exponit. Μηκόνος τὸ πίκας μηκόνδρος ἡ μηκανίτιον ὑπεράξει, pepulum vocatum, quem & meconitem vocat. Πίκας Dioscorides μηκόνη μηκάδη vocari scribit. Ατιος μηκαφόδιτη. De quibus infra. Peplos tithymallis à quibusdam annumeratur. Quodam itaque genus tithymali est μηκόνος. an Atticis omnis tithymallus μηκόνος sit, me fugit, scribit præceptor, probable itaque. Tithymalus, nisi à contrario nomen illud obtineat, cui sic dicatur non video.

Clare satis docet quæ sit inter "Οπικον" καὶ κύλισμον differentia. ξενος hoc loco non οὔρη, τοτερηδινη sed λιπηρηδινη continere, sed omnino aqueum esse & tenuem.

Plurimatum radicum succum, fructu infirmiorem ac debiliorem esse inquit, contra cicuta succum validiorrem, mortemque facile brevique adserre. Vide cap. 17. hujus libri ubi historia ejus recensetur, deque cicuta veneno agitur. De Thapsia vero cap. xi. quæ dicuntur examina.

Nullas radicum excisionis differentias inquit esse, nisi quis ex temporis ratione eas colligat, quod aliae æstate, autumno aliae effodiuntur, quod hanc aut illam partem radicis in usum recipere oporteat. Caput enim hellebori inutile contra partes imæ ac tenuiores laudantur, & in usum accipiuntur. Contra apii seneculi gentianæ, helenii, reliquarumque radicum fibræ, & capillaceæ partes quibus comantur, deraduntur, item lignea matrix, quæ in multis radicibus includitur, ( in longum scissis radicibus ) tanquam omnino inutilis, eximitur. dixi plurimis; quia multæ ut gentiana, cyclamen, anemoche, aristolochia rotunda, iris, bryonia, centaurium majus, nymphæa, talem non habeant macrictem,